onis·i·ad paradiſū verbis ⁊ exem
plis ꝯducat qȝ ꝑ certo iſte debȝ
eſſe colūpna racōe ſtabilis firmi
tatis·nubes racōe rorifluē pieta
tis ignis illūinans racōe limpidi
ſſime ſcīe ⁊ veritatis·qȝ colūpna
debet alios ſpūaliter et tpaliter
ſuſtentare·qȝ nubes debet alios
doctrinis ⁊ beneficijs irrigare qȝ
ignis debet alios ꝑ caritatē incē
dere et ꝑ ſapienciā illūiare Ideo
de tali p̄lato dicit' in pſ Expan
dit nubem in ꝓtectione eorū et
ignē vt luceret eis ꝑ noctē Quid
ergo' ꝑ certo iſte debȝ populo·i·
ſubditis ſuperſtare et cū eis pſo-
naliter ꝯmanē ⁊ ꝑ iuriſdictōis
eminenciā p̄minē et ꝑ exēplorū
dacionē ſup eos et corā eis p̄ſen
cialiter ſe mōſtrare ꝑplūs vº ſub
ditorū ſe debet cōformare peni-
tus iſti nubi·i·bono prelato di'
ſcreto et ſpūali et ideo cum ipſo
moto ꝑ bona opa debet moueri
cū ipſo eleuato debet leuari per
ꝯtemplacionē cū ꝓficiſcente de-
bet v'tutibꝫ proficiſci cū ipſo ſtā
te et manēte ſcȝ in bono ꝓpoſi-
to debet ſilr ꝑplūs in fide et mo-
ribꝫ ſtabiliri· Vn̄ de ſcīs aīalibꝫ
·i·de p̄latis et de rotis·i·de ſub-
ditis dr ezec·i·Cū euntibꝫ ibāt cū
ſtātibꝫ ſtabāt et cū eleuātibꝫ a t'
ra pariē eleuabāt' et cū ābulaēt

que prima erat · ſequebantur · ⁊c̄
¶ Vel dic ꝙ colūpna ē xp̄s qui
ſcꝫ ī die pn̄tis vite nubeus pluui
oſus ⁊ miſericors īuenit̄ In noc
te vero · i · ī futuro iudicio vel in
morte igneus · i · ſeuerus ⁊ iuſtꝰ
et rigidus In nocte · i · erga īpi-
os et obſcuros Ipſe eſt em̄ q̄ ſc̄m
diuerſas ꝑſonas et ſc̄m diuerſa
tp̄a diuſificat ſeipſū · et ita ē nūc
nubes miſericordiā pluēdo · nūc
ignis iuſticiā exequēdo · ita ꝙ ſi
bi ꝓp̄e pōt dici illud Ecc̄i · xxiiij
Ecce ego ī altiſſ͞is habito ⁊ thro
nus meꝰ ī altiſſimis celis · colūp
na nubis · De ipſo eciam dicitur
Deu · xiiij · Deus nr̄ ignis conſu
mēs ē · ¶ Vel ſi vis dic ī malo ꝙ
nubes ē malꝰ q̄ dicit̄ columpna
nubea ꝓpter inſtabilē vanitatē
colūpna nubea ignea ꝓpter ar-
dētē cupiditatē Et dicit̄ ſeq̄ a po
pulo ꝓpter facilē maloꝝ ſuorū
exēploꝝ ↄformitatē · populꝰ em̄
nubem · i · p̄latū q̄ ſibi p̄miū pro
mittit ſolet ſeq̄ ⁊ eius malis mo
ribꝫ cōformari · quia ſicut dicit̄
Ecc̄i · x · Qualis rc̄or ciuitatis : ta
lis populꝰ q̄ habitat in ea · Ta-
les em̄ duces īuemūt̄ hodie mul
ti ſcꝫ q̄ hodie tenēt preeminēciā
huiꝰ mūdi ⁊c̄ · ¶ Cū populꝰ do
mini ī egiptū trās mare rubrum
eductꝰ videlicet ad terrā ꝓmiſſi
onis ihr̄l'm ꝓcederet et ut ꝑ re-
gionē philiſtinoꝝ breuiꝰ et faci
liꝰ et pleniꝰ īcedē poſſet · dn̄s no
luit · ne forte populꝰ philiſtino
rū ſibi bella moueret et tedio af
fectꝰ iteꝝ ī egiptū rediret Duxit
igit̄ eos dn̄s ꝑ deſ͛tū q̄uis diffi
cilis eēt via ꝓ eo ꝙ ibi nō erant
hoīes nō timebāt̄ p̄lia ſeu bella
¶ Sic vero populꝰ nouiciorū et
nouiter de egipto · i · de ſtatu infi
delitatis vel de pcc̄ō ſeu de mūdo
egreſſorū et ad fidē ſeu peitēciā
ↄuſorū dꝫ a via philiſtinorū · i ·
a ſtrepitu mūdanorū et pcc̄ōrū
ſubmoueri · ne forte ꝑ malorū
ipſorum exēpla · dc̄ā et fc̄ā · bella
tēptacōꝫ īſurgāt · q̄ iſtos faciāt
ad egiptū · i · ad vicia r̄trouti No
uiter eī ad fidē · ad r̄ligioēꝫ ſeu e
ciā ad peitēciā ↄuſus bellis tēp-
tacionū īſurgētibꝫ ad voitū r̄uer
tit̄ · ſi philiſteis · i · pcc̄ōribꝫ et īfi-
delibꝫ miſceat̄ Et ideo ncc̄ē eſt ꝙ
tales ad īferiora deſerti ducāt̄ · i · ī
clauſtris et ↄuētibꝫ necnō tn̄ aliјs
boīs et fidelibꝫ et ī ip̄is viјs pei
tēcie difficilibꝫ teneāt̄ ut ad cele
ſtē ihr̄l'm ſine periculo ꝑducāt̄
Et inde ē ꝙ religioſi ſolēt nouici
os ſuos de via philiſtinorum · i ·
ſecularīū ⁊ carnalīū amicorū tol
lere · et eos quātū poſſunt ab eis
abſcōdē et elōgaē · ne forte ip̄is
ↄtigat ad egiptū · i · ad ſeculū re-
troire · ſcientes ꝙ ſecūdū doctri-
nā xp̄i Lu · ix · nemo mittēs ma-
nū ſuā ad aratrū ⁊ r̄ſpiciēs r̄tro :
aptus ē r̄gno dei ¶ Vel ſi vis dic
ꝙ populꝰ fideliū q̄ ꝑ maē rubrū
ideſt per baptiſmū · pharaonis
ideſt dyaboli euaſit dominium ·
debet philiſtinorum ideſt mun-
danorū vel pcc̄ōrum conſorcia

fugere et ꝑ deſertū religionis vel
penitencie ad ꝓmiſſionē paradiſi
venire· dicendo illud ps̄ Elonga
ui fugiens et manſi in ſolitudine·

Egipcij vt filij iſrl' intra
uerūt mare rubrū: et hꝫ
qꝛ egipcij pſequētes he
breos ipſos occidere voluerunt·
Verūtū ſic actū eſt ꝙ hebrei per
mare ſine periculo aptis aquis et
ab vtroqꝫ latere reſtrictis et di
uiſis trāſierūt: egipcij vero remā
ſerūt Dic moraliter ꝙ egipcij q̄
hebreos mitūtᷣ in ſeruitute tenē
ſūt peccata que mitūtᷣ aīas ſub
iugare· verūtū iſti hebrei ad ma
re rubrū·i·ad pn̄ie amaritudīeꝫ
trāſeūt· ſic ꝙ iſti liberi et ſalui e
uadūt aquis vere cōpunctionis
mediātibꝰ· egipcij·i·peccata ibi
dē peūt et ſucūbūt· Vel dic ꝙ
mare rubrū eſt mūdi ꝓſperitas
vel etiā vita pn̄s vel mūdus qui
dicitᷣ mare ꝓpter fluctuoſitatē:
rubrū ꝓpter carnalitatem· He
brei igitᷣ·i·viri iuſti ꝑ iſtud ma
re pn̄t ſine periculo trāſire· qꝛ ſcilꝫ
aqua voluptatum nō ſolet iſtos
quātū ad affectionē tangē q̄n ymo
iſti ſolent ꝑ ſiccitatē paupta
tis et penitencie penetrarē ꝗ illeſi
ad celeſtē iheruſalē felicitatis ꝑ
trāſire· ps̄ Filij aūt iſrl' ambula
uerūt ꝑ ſiccum: in medio maris·
Egipcij aūt·i·mali nō ſic qꝛ iſti
mare rubrū vite pn̄tis ſine pericu
lo nō trāſeūt qꝛ videlicet aq̄ deli
ciarū et voluptatū ipſos inuol
uūt· et ſic ꝑ diuerſa vicia ipſos

deſtruūt et ɔfundūt ps̄· Inimi
cos aūt eorū dimerſit in mare:
qꝛ breuiter illud eſt verū ꝙ boni
et diſcreti viri ſolent q̄nqꝫ ꝑ mū
di fluxū et tꝑalia negocia bene
vtendo illeſi trāſirē vbi tn̄ mali q̄
bene ꝓſperis vti neſciūt ſolēt ꝑ
vicia ſuccūbere et perirē Soli autē
filij iſrl'·i· diſcreti viri ſolū deum
videntes· et ꝑ deuocionē et cōtē
placionē ad deū mentalitᷣ tēden
tes a mari fluctuoſi ſcl'i nō ledū
tur vbi alij naufragantᷣ in ipſo
actu pſecucōis qua egipcij filioꝝ
iſrahel cōpellebāt exire dicētes·
Oīes moriemur· Immutauit
dn̄s egipcioꝝ volūtatē deditqꝫ fi
lijs iſrahel grāꝫ in cōſpectu eorū
ita ꝙ vaſa aurea et argentea q̄
ab eis petierūt hebrei ipſis libē
ti aīo egipcij cōceſſerūt· et ſic vl
tra mare rubrū et ipſis egipcijs
cōpellentibꝰ cū egipciorū ſpoli
is receſſerūt Iſtud pt̄ exemplari
ter applicari ad occultā dei ꝓui
dencīā que occulte pt̄ volūtateꝫ
hoīm mutare et etiā cōtra ꝓpo
ſitū in cōtrariū applicare· que eti
am bonos de bonis maloꝝ ſolet
aliquociens ditare· et mercedem
quā meruerāt ex alio latere q̄m
ſperabatᷣ eiſdē pcurare Conſtat
enī ꝙ filij iſrahel ſeruierāt egip
cijs multis tꝑibꝰ: nec receperāt
aliquid ꝓ mercede· ꝗ ideo q̄n do
receſſerūt voluit dn̄s ꝙ ꝑ talem
modū ex vaſis egipcioꝝ fiet eis
ſatiſfactio vt haberent mercedē
de ſeruicio Sapie x Iuſti tulerūt

ſpolia ipiorū ¶ Vel dic ꝙ ideo
voluit dn̄s ſpolia deportari·ut ta
bernaculꝫ qd' fieri decreuerat poſſꝫ
exīde fabricari Sic vero qn̄ ſpo-
lia egipti ſcꝫ ſcīe mūdi· pħia ſcꝫ
et poetria et alia ſimilia·ad con
poſicionē eccleſie ſūt vtiles·ideo
vult dn̄s ꝙ a fidelibꝫ ſtudeātur
et ī aīo reportēt' ¶ Vel dic de bo
nis tpalibꝫ q̄ q̄ꝫ ꝓ vita pn̄ti ſūt
neceſſaria ideo pmittit dn̄s ꝙ a
filijs iſrahel·i·religioſis et ecc̄ia
ſticis acquirantur

EGreſſi filij iſrahel de ma
ri rubro ābulauerūt p
deſertū et vērunt in ma
rath·vbi aque erāt ita amare ꝙ
ipſas bibē p̄ amaritudine non
valebāt·de quo cū popul' mur-
muraret orauit moyſes ad dn̄m
Qui oſtēdit eis lignū qd' cū mi
ſiſſꝫ ī aq̄s in dulcedinē ſūt muta
te Exinde aūt vērūt helim vbi e
rāt xij fontes et ſeptuaginta pal-
me ¶ Sic vero cū quis de mari
ideſt de mūdo vel pcc̄o egrediēs
deſertū religioīs vel penitētie p-
ābulat·ꝯſtat ꝙibi inveīt aquas
amaras pluriū tribulacionū et
diſplicēciarū·q̄ ſcꝫ ſūt ſibi amare
ideſt difficiles atqꝫ dure ꝙ ipās
nequit bibere·i·penitenciā ſuſti
nere ꝓpter qd' ſolet de ſtatu illo
cōqueri et ꝙ deſertū hui' intra-
uit murmurare Talibꝫ dꝫ dari
ī cōſilio ꝙ lignū ſcꝫ crucis criſti
p ꝯſideracionē accipiāt et ꝙ tor
mēta et amaritudines tormēto
rū ipſi' videāt·ipmqꝫ ī aqua a-
mara bibāt id' ē in tribulacionū
amaritudine quā ſentiūt miſce-
āt·vnūqꝫ cū alio recompenſent
et ſic ꝓ certo hui' amaritudo in
dulcedinē eis v'tit'·et quicq̄d e-
rat difficile· leue ⁊ facile repitur
Iudicū v· A ligno obdulcata ē
aqua amara Quia ſm gregoriū
Dulce ē qd' toleām' ſi cōſidera'
q̄d bibit ad patibulū xp̄c Quia
eī nrē amaritudiēs q̄s ī deſerto
peitēcie vel r̄ligioīs ſuſtine' reſ-
pectu amaritudīs crucis et paſ-
ſio' xp̄i michil ſūt·iō ſi h' lignū
appoīt' dlces ſiūt Sic de nouicō
legit' cui aſperitas ordīs dura fu
it·volēti igit' r̄cedere apparuit in
cruce xp̄s oñdēs plagā lateri' et
dicēs Ex hijs ſalſa panē tuū orde
accū quē cōedē nō potes Et ex
tūc receſſit tēptacio de r̄ceſſu Bn̄
dictū ergo lignū p qd' fit iuſticia-
a· Sa·xiiij· Sic ergo veiet hō ſi
nalit' ī heli qd' ītērp̄tat' fortis·i·
ad fortitudinē ⁊ ꝯſtāciā mētī' v
bi ſcꝫ xij·fōtes·i·xij·apl'os lxx·
palmas·i· lxx · xp̄i diſcipulos
poterat iuenire q̄ꝝ v'tus et ſolidi
tas ſuā icōſtāciā poteit ſtabilire
¶ Vel dic ꝙ amara aq̄ ē fortis tē
ptacō vel gn̄alit' q̄cūqꝫ tribulacō
q̄ tc̄ facili' ſuſtiet' qn̄ ad lignū·i·
ad cruc' mēoriā r̄curit' ⁊ qn̄ ad
xp̄i paſſioēꝫ ⁊ deuocioēꝫ veitur·

POpul' adhuc carli' vidēs
ꝙ panes ⁊ carnes ad ꝯedē
dū nō habebat cepit ꝯtra domi
num murmurare·egiptiqꝫ quas
iam dimiſerat delicias memorare

dicẽs Cur eduxiſti nos in ſolitu
dinẽ: vt iterficẽs nos famẽ. Uti
nã mortui eſſem⁹ in egipto · qñ
ſedebam⁹ ſup ollas carniũ et cõ
medebam⁹ panes in ſaturitate·
Qd audiẽs dñs pluit illis ⁊ car
nes et panes Coturnices enĩ ſu
p caſtra eoꝝ p multitudinẽ ceci-
derũt: de quib⁹ ſinguli quãtũ vo
luerũt acceperũt· mãna ad mo-
dũ pruine de celo cecidit qd po-
pulus pro pane habuit et colle
git: et murmurare cõtra deũ ceſ-
ſauit· Sic vero plerũqꝫ cõtingit
ꝙ p⁹ aggreſſionẽ alicui⁹ ardui
ꝓpoſiti poſtqꝫ ingreſſum deſti
religionis ꝑplũs adhuc carnali'
dolet de eſu carniũ dimiſſo· et de
panis defectu· i· de famis vel ab
ſtinencie infortunio aliquociẽs
imiſſo· rcordaturqꝫ carnes ⁊ pa
nẽ · i · carnales delicias et tpales
quas in egipto mundi dimiſit:
murmurat cõtra ſterilitatẽ· pau
ptatem et penuriã quã intrauit·
Dñs igit' qñqꝫ talib⁹ ex ſua in-
effabili gracia mittit volatilia ꝓ
carnib⁹ · i · celſitudinẽ cõtempla-
cionis· mittit etiã mãna dulciſſi
mũ ꝓ panib⁹ · i · dulcedinẽ deuo
cionis · et ſic iſti filij iſrahel deſer
tũ penitencie aſſueſcũt deſideria
qꝫ carniũ · i · deliciaꝝ carnaliũ diſ
ſueſcũt· et cõtenti ſtatu ſuo a de-
ſerto penitencie nullaten⁹ reſipi
ſcũt: ⁊ ibidẽ pacifice ex tũc viuũt
ps· Pluit eis mãna ad mãducã
dũ: cibaria miſit eis in abũdan
cia Et ibidẽ· Pluit illis ſicut are
nã maris volatilia pẽnata Vel
ſi vis dic ꝙ carnes ſignificãt eu-
cariſtiã: mãna vero ſacrã ſcrip-
turã· que ſũt cibi viuenciũ in deſ
to· Mãna qd pluit dñs filijs in
deſto erat quidã cib⁹ qui ad mo
dũ pruine albe terrã operiebat·
Eratqꝫ quaſi ſemẽ coriãdri albũ
guſtuſqꝫ ei⁹ quaſi ſilã cũ melle
coloris videlicet bdellij ſicut dici
tur hic et ſicut dicit' nũi xi· Po-
pulus igit' iſtud colligẽs i mor
tario ɔterebat ⁊ panes vel cibos
inde faciebat ſiue ɔficiebat Erat
autẽ cib⁹ iſte dulciſſim⁹ et mira-
bilis· qꝛ ad quẽcũqꝫ ſaporẽ vole
bat homo ɔuertebat' ſic dicit' ſa
piencie xvi· Erat etiã in hoc mira
bilis· qꝛ cũ ſinguli iux certã mẽ-
ſurã gomor dictã qñqꝫ aliq pl⁹
aliqui min⁹ colligerẽt ſic fiebat·
ꝙ nec qui magis pauerat mag⁹
recepit nec qui min⁹ collegerat re
ꝑerit min⁹ Reſiduũ igit' quod
remanebat in cãpo oriente ſole
diſſoluebat'· qd vſqꝫ mane ſuari
nõ debebat· quicqd vero recolle
ctũ vſqꝫ mane ſeruabãt ſcaturi-
ens vermib⁹ putreſcebat Prece
ptũ eſt igit' aaron ꝙ vrnã aure
am mãna implẽt· ⁊ ꝙ eã ad ꝑpe
tue rei memoriã in tabernaculo
ſeruaret Sume inquit vas vnũ
et pone in mari· Iſtũ igit' cibũ
in deſerto filij iſrahel habuerũt
ipſũ vero qñ in terrã habitabilẽ
eis ꝓmiſſam venerũt et de terre
fructib⁹ guſtauerũt ɔtinuo ꝑdi
derũt · ſic ptꝫ h et etiã ioſue· v·

¶ Sicut doctores exponūt iſte
cibꝯ ſcꝫ māna ſigt̄ corpus xp̄i in
ſacr̄mēto altaris et h̄ p̄o rōe no=
mis Man ei ſeu mabu īt̄p̄tatur
q̄d ē h̄: qꝛ ſcꝫ ſic̄ dicit̄ hic hebrei
vidētes manna de celo deſcēdere
dixerūt· mabu· i· q̄d ē hoc admi
ratiē loquēdo ¶ Sic v̄o q̄cūqꝫ be
ne ꝯſiderat cibū iſtū ſcꝫ xp̄ꝫ ī ſac̄
mēto altaris merito p̄ot mirai et
dicē· mabu· i· q̄d ē hoc qꝛ ibi ſūt
tot miabilia ꝙ merito p̄ot fieri
q̄ſtio de eodē Unde ī pſ̄· dicit̄ ꝙ
a dn̄o fcm̄ ē illd̄: et ē mirabile ī o
culis nr̄is ¶ Itē p māna ītelligi
t̄ eukariſtia rōe loci: qꝛ ſurſū de
loco veit a ptāte dīna· nō hūana
Iohis vi· Pr̄ dat nob̄ panem
de celo v̄m ¶ Itē rōe modi· q̄a
tm̄ habebat q̄ multū· ſic̄ q̄ parū
colligebat qꝛ ſcꝫ ī q̄libꝫ pticula ē
totū corp⁹ xp̄i et ī oībꝯ nō ē niſi
vnū Ecc̄i xviij Neqꝫ adiectū eſt
neqꝫ minuit̄· Qui eñ plureſ ho
ſtiaſ ꝯſec̄tas r̄cipit nō magis hꝫ
de xp̄o ꝙ̄ ille q̄ ſolūmō ſuit vnā
Un⁹ tm̄ r̄cipit ſic̄ cētū· et ecōuſo·
Et ideo canit̄ Sumit vn⁹ ſumunt
mille· quātū vn⁹ tm̄ illi Itē rōe
v̄tutis· qꝛ ſcꝫ māna oēꝫ ſaporem
habebat· et quicq̄d volebat cōe-
dens ſapiebat ¶ Sic eucariſtia
oēm hꝫ v̄tutē et ad oīa q̄cūqꝫ hō
voluerit poteſt valē· dū tñ hō
ſciat ip̄ꝫ debite et digne r̄cipe et
tractare Sa· p̄o Oēꝫ habens vir
tutē· oīa ꝓſpiciēs· Un̄ illud ē Si
mila cū melle· i· caro cū dīnitate
vel pais ſpēſ cū xp̄i corpe ⁊ hu
maitate Eze· xvi· Similā et mel
et oleū cōediſti Itē Roe ſimis·
qꝛ tm̄ durauit ꝙ̄ diu fuerūt ī via
· i· ī deſ̄to· et defecit eis ī t̄mino
¶ Sic etiā ſacramentū altaris
eſt inſtitutum pro via huius vi
te ideſt pro tranſitu deſerti hui⁹
mundi qꝛ reuera qn̄ veniem⁹ ad
terminū hui⁹ vie· i· ad t̄minū ꝓ
miſſiōis ⁊ ad habitaculū para
diſi tunc deficiet nobis nubes et
māna id ē ignorācie obſcuitas
⁊ ſacramenti hui⁹ velata difficul
tas Nam qꝛ tūc comedemus de
fructibꝯ terre ꝓmiſſiōis id eſt
quia tūc guſtabim⁹ ſuauitatem
glorie padiſi· īcipiemus vidē p
ſpēm q̄ nūc vide⁹ p fidē· et tunc
amittem⁹ vmbrā· qn̄ plene vide
m⁹ verā lucē Prima ad cor xiij
Videm⁹ nc̄ p ſpeculū et ī enigēte
tūc aūt facie ad faciē ¶ Itē rōe
ſimilitudinis· qꝛ ſcꝫ māna erat ſi
mile ſemini coriandri q̄d ē medꝫ
cambꝯ ideſt matiſ ⁊ medicia ho
mībꝯ ideſt rōnabilibꝯ et boiſ Si
mile eſt de bdellio qui eſt gutta
amara propter ꝯtrictiōis amai
tudinem quam comedens debet
habere et ſimile paī oleatico ꝓp
ter dei miſericordiam quam re=
cipiens debet habere et ſperare·
Quid igitur? Pro certo duo e=
rant circa iſtud manna neceſſaia
ſcilicet ꝙ vſqꝫ maē nichil r̄ſerua
retur· et ꝙ ad perpetuā mēoriā
in vrna aurea ponēt̄ Sic vero
de iſto ſacramēto neceſſe eſt ꝙ ip
ſum vſqꝫ mane pro comedendo

nō ſbuerim⁹ ·i· ꝙ in ſpūali maſti
cacōe diſputacōe et pſcrutacōne
ipſi⁹ nō nimiū ĩmorem² ne for
te vermes errorū et dubitacōnū
circa illud in nr̄is cordib⁹ oriāt̄
Ro·xij· Nō pl⁹ ſapē q̄ȝ optȝ ſa
pere· Et ſup̄ xij· Nō remanebit
de eo quicq̄ȝ vſqȝ mane Debet igi
t̄ veraciter comedi·i· ſimpliciter
ↄfiteri·⁊ in vrna aurea·i·in cor
de mūdo et ſancto p fidē et deuo
cionē ſpoſi Math·xv· Joſeph
aūt mercatus ſydonē īuoluit eū
et poſuit in monumēto ¶ Vel ſi
vis dic ꝙ māna ē deuocio vel ce
leſtis gracia que de celo venit· et
q̄ ſi nimis ſine ↄmeſtione·i· ſine
boni opis execucōe ſeruet̄ putre
ſcere· et vermib⁹·i·vicijs et mal̄
cogitacōib⁹ deficē ↄſueuit ¶ Vel
dic ꝙ tūc māna deuocōis et cele
ſtis dulcedinis filijs iſrahel id ē
xp̄iſidelib⁹ deficit· qn̄ fruct⁹ ter
re·i· qn̄ bonoꝝ terrenoꝝ ſuaui
tas eis ſapit·ſtatīqȝ ſpūaliū dul
cedinē pdūt qn̄ācūqȝ fruct⁹ terre
·i·terrenaꝝ deliciaꝝ et diuiciaꝝ
dulcedinē affectu pcipiūt et at
tingūt Prouͥ·xxvij· Aia ſaciata
calcabit fauū· ¶ Vel dic ꝙ aarō
·i·deus pater in vrna aurea idē
in vtero v̉ginis māna d̉ celo miſ
ſū·i·filiū ſuū poſuit ipſūqȝ in ta
bernaculo ecc̄ie ꝑpetuo p fidē cu
ſtodiendū mādauit ¶ Vel dic ꝙ
māna eſt ſacra ſcriptura q̄ p ſtu
diū terit̄ p diſputacionē et verā
expoſicionē p doctrinā in toracu
lari pomit̄ Itē iſta ē ſilis bdellio
p aſperitatē et amaritudinē rep̄
henſionis· ſilis pani oleatico ꝓ
pter dulcedinē cōſolacōis Iſta ē
ſilis coriandro ꝓpter hoc ꝙ iſta
ē mors iudeis hereticis ipāȝ ma
le intelligentib⁹· et ē etiā vita ho
mis qꝛ ſcȝ ſemē coriādri mors ē
carnib⁹ et medicina hoīb⁹ Iſta d̉
celo deſcendit inquātū ſcȝ inſpi
rata eſt a deo et ab angelis· p̄s·
Panē angeloꝝ manducauit hō
¶ Cū deus cōſtituiſſet ſabbatū
cuſtodire ⁊ in eo requieſcē decre
uiſſ̄ȝ voluit die veneris duplicem
porcionē filijs iſrahel māne ī de
ſerto mittē et pluē· et duplicem
porcionē mādauit eis colligē vt
ſic poſſent in die ſabbati q̄eſcē ⁊
a q̄cūqȝ manuali exercicō ceſſaē
Ipſa v̉o die ſabbati māna deſcē
dē ceſſabat Quappt̄ in die vene
ris ī duplo ꝓplūs colligebat Ip
ſa etiā die veneris quicq̄d erat co
quēdū coq̄bāt· ⁊ quicq̄d fieri de
buerat faciebāt ⁊ p⁹ ī die ſabba
ti penitus q̄eſcebāt ſic pomit̄ h·
Poteſt iſtud applicari gn̄alit̄ ꝙ
bonū ē bonos laboēs p̄occupaē
āteq̄ȝ veiat tps q̊ laborādū nō ē
et bono labore forci⁹ inſudare·
Quappt̄ āte ſabbatū·i·ante fe
ſta debem⁹ actus nr̄os accelerаē
⁊ etiā ſi ſit ncc̄e duplicaē laboꝛ̄
vt in feſto poſſim⁹ q̄eſcē: et tran
q̄lliter deo ſuiē ¶ Vel dic ꝙ ſab
batū ſignificat rquiē mortis: ſexta
v̉o dies ſignificat laborē ⁊ exerciciū
h⁹ mūdi iux̄ illd̉ exodi xxix Sex
dieb⁹ opaberis Igit̄ cū ſabbatū

req̃ei mortis futuꝛe nō ſit tp̄s me
rendi vel opandi qꝛ eciā dn̄s ceſ
ſabit mān̄a·i·dulcedinē grē no
bis mittē· noſqꝫ ex tūc nccē ha-
bebim⁹ ab oī ope meritoꝛio q̃eſcē
et ceſſare· oꝫ ꝙ cū durat iſta ſex
dies·i·tp̄s vite pn̄tis cibos dupli
ces colligamus·i·ꝙ grāꝫ in pn̄ti
et gloꝛiam in futuro nobis p bo
na opa acq̃ram⁹ ſic ut ī iſto ſab-
bato·i·ī tpe p⁹ moꝛtē habeam⁹
q̃ in pr̄ia viuē valeam⁹· Nūc ē
tps quo p ꝯtricionē ⁊ caritatem
coq̃m⁹ delicta et faciam⁹ bona o
pa·colligam⁹ qꝫ mān̄a deuocio-
onis ſcꝫ ī duplici mēſura pn̄tis ⁊
future ſaluacionis Quia vͦo niſi
mān̄a celeſtis dulcedinis nūc p
bona opera et merita colligatur
ēte tūc cū ſabbatum moꝛtis vērit
nō inueniet᷑· Ideo bene ꝯſulitur
eccī·ix· Q̇dcūqꝫ pōt manus tua
āte moꝛtē opare·qꝛ nec op⁹ nec
rō eſt apud inferos q̃ tu ꝑperas

Cum populus iſrabel p
deſertū vſqꝫ ad raphidī
penetraſſꝫ et p̄ aque pe-
nuria murmurare cepiſſꝫ pcuſſit
moyſes de p̄cepto dom̄i petram
oreb ⁊ egreſſe ſūt aq̃ viue Simi
le ponit᷑ Nūi xx ꝙ ī deſerto ſyn
indigēs aq̃ populus murmura-
bat contra moyſen dicēs Cur e-
duxiſti eccliaꝫ dm̄ in ſolitudinē·
ut et nos et iumenta nr̄a moꝛia-
mur. Cur aſcēdē feciſti nos de e
gipto et duxiſti nos ī locū peſſi
mū iſtū·q̃ nec fructū gignit nec
vineas nec malag̃nata·nec inſu

p aquā ad bibēdū habꝫ. Q̇d vi
dēs domin⁹ p̄cepit ꝙ loq̃ret᷑ ad
petrā et populo daret aquā pcu
ſſit igit᷑ moyſes ſilicem et egreſſe
ſūt aque largiſſime ita ut popu
lus bibēt et iumenta ¶ Per deſ
tū raphidī qd̄ īterp̄tat᷑ tēptacio
et p deſertū ſin qd̄ interp̄tat᷑ mē
daciū pōt cōmode ſumi mūdus
vbi ſcꝫ mēdacia et temptacioēs
abundāt et vbi ficus caritatis et
dilcōis·vinea ꝯſolacionis mala
granata ſacre ſcripture et lcōnis
necnō aq̃ g̃cie et deuocionis defi
ciūt atqꝫ ceſſant Ozee iiij· Adul
teriū mēdaciū furtū et piuriū in
ūdauerūt ſup terrā· Petra oreb
qd̄ interpretat᷑ ardoꝛ vel ſiccitas
et petra ſin qd̄ īt p̄tat᷑ odiū ſig̃t
criſtū q̃ ꝟuera fuit petra rōne fir-
mitatis· ardoꝛ rōne caritatis·ſic
citas rōe pauptatis odiū ſcꝫ iude
orū rōne ſue īvidioſe pauptatis
Prima ad coꝝ x· Petra aūt erat
criſtus Igit᷑ dico ꝙ ſi in deſerto
hui⁹ mūdi ſitis ardoꝝ maloꝝ
et tēptacionū penuriaqꝫ bonoꝝ
ſpūaliū nos affligāt nō reſtat ñ
ꝙ ad petrā oreb·i·ad criſtū p de
uocōeꝫ curiā⁹ ipſūqꝫ cū vͦga rōis
bis vel ter pcuciam⁹·qꝛ ꝟuera a-
q̃s g̃cie et deuocionis aquāqꝫ be
neficiorum tpaliū et ſpūaliū no
b fūdet Ita ꝙ hoies ⁊ iumenta
·i·ſapiētes ⁊ ſiplices doi ⁊ grꝛs
ībuet ⁊ īfūdet Ps· pcuſſit petrā
et fluxerunt aq̃·et toꝛrentes in-
undauerunt ¶ Vel dic ꝙ quan
do tēpus ſiccitatis et ſterilitatis

abūdat· illi q̄ volūt aquā á plu-
uiā impetrare· debent ad petrā· i·
ad xp̄m vel btā; v̄ginē recurrere
ipſosq; v̄gis· i· orōibꝯ pcutere·
et ſic ab ipīs poterit⁹ aquā ꝛ plu
uiā īpetrare Jacobi v· Orauit ꝛ
celū dedit pluuiā ¶ Vel p petrā
intelligo beatū petꝝ vel quēlib;
ſcm̄ a quo pro certo aqua gracie
ſpūalis et tpalis extorquet᷑ q̄n
do cū v̄ga affectionis et orōis ſe
pius ſtimulat᷑· Actuū xij· Per
cuſſoq; latere petri excitauit eū·
¶ Vel dic ꝙ petra ē pcc̄oꝛ dur⁹
et obſtinatus quē q̄ndo moiſes
·i· deus p̄latus vel p̄dicatoꝛ v̄ga
tribulacōis et coꝛrectiōis pcutit
ipſū aqua lacrimoſe ꝯpūctōnis
vel elemoſine vel ſubuēcōis emit
tere cogit· quādoq; etiā eū aqua
doctrine et erudicionis diſtillare
cōpellit ſic apparuit in paulo ita
ꝙ hoīes et iumenta· i· bonos et
malos īebriat et pfundit ¶ Con-
ſtat enī ꝙ pcuſſio tribulacionis
vel occulte inſpiracōis quātū ad
deū· pcuſſio coꝛrectionis quātū
ad p̄latū· pcuſſio redargucōnis
et monicōis quātū ad p̄dicatorē
diſcretū· diſcretā facit petrā id ē
duros et obſtinatos pcc̄ores a-
q̄s lacrimaꝝ fluere· aq̄s eleōſi-
naꝝ emittē· et aq̄s ſciaꝝ aliquo-
ciēs diſtillare· ꝛ maxie q̄n bis· i·
pluries frequētat᷑ pcuſſio ante
dicta· ita ꝙ ab ipſo tā hoīes q̄m
iumenta potant᷑· i· boni et mali
diuites elemoſinis et ſciēcijs re-
creant᷑ p̄s Poſuit deſertū ī ſtag

na aquaꝝ: terrā ſine aq̄ in exitus
aq̄ꝝ ¶ Vel dic ꝙ petra ē ſac̄ ſcri-
ptura cui⁹ difficultas et duricia
nō ſtatī cōſueuit aquā doctrine
fūdere: ymo optet bis vel pluri
es ſtudēdo ꝛ exponēdo ſudaē Ibi
dē ſup̄ exo· xvij· ¶ Subiūgitur
hyſtoria· quō amalech venit ad
pugnādū cōtra iſrl̄ in raphidim
Moyſes aūt et aarō et vt aſcē
derunt ſup verticē collis ad dn̄m
ꝓ bellantibꝯ dep̄candū ¶ Cūq; le
uaret manus moyſes· vincebat
iſrahel· ſi v̄o manū paululū r̄mi
ſiſſet: tūc iſrahel vincebat᷑· Qua
ꝓpter moyſen ſup lapidē ſedē fe
cerūt: vt v̄o et aarō manus ei⁹
qꝛ graues erāt vſq; ad veſperam
ſuſtētauerūt· Sic factū ē victis
amalechitis: filij iſrahel victori
am habuerūt Amalech qui int᷑
p̄tat᷑ ꝓplūs lābens ſangnē ſigni
ficat demones vel etiā quoſlibet
homīes malos vel etiā quoſlib;
motus carnis malos· i· coꝛdis q̄
ſangnē crudelitatis lābere et af-
fectaē noſcūt᷑· Iſti etiā cōtra iſra
hel· i· ꝯtra ꝓplm̄ nō ceſſant bellū
facē et ipſū in raphidim q̄ inter
p̄tat᷑ tēptacō· i· in mūdo tribula
cōibꝯ īpregnare Ecc̄ā· xxxiij ¶ Cō
tra malū bonū· ꝛ ꝯtra vitā moꝛs
et ꝯtra virū iuſtū peccatoꝛ Mo
yſes ſignificat bonū p̄latū· vt ꝛ
aarō ſig ficāt viros iuſtos q̄ ſc;
v̄ticē collis· i· celſitudinē ꝯtēpla
cōis aſcēdūt vt ꝓ fideli ꝓplō de
p̄cēt᷑ Jō iſtd̄ ē veꝝ ꝙ multū ꝓfi
cit orō moiſi iſrl̄itia᷑· i· orō p̄lati

ſubditis· orō iuſti pugnantibus
deſolatis Jacobi v· ¶ Multū valꝫ
dep̄catio iuſti aſſidua Qꝫ viꝫ q̄ꝫ·
diu p̄latus et alij iuſti orāt· tam
diu alij cōtra īimicos ſpūales vi
ctorizant Si vero orare remittūt
tūc adūſarij ſuos vincūt · Stet
igitͬ moyſes ·i· p̄latus ſup lapi
dē ·i· ſup boni ꝓpoſiti firmitatē
Juuēt eū vt et aarō ·i· vi iuſti p
mutuā caritatē et eleuēt manus
īceſſāter p orōnis cōtinuitatem·
Sic vicet populꝰ eius hoſtium
ſpūaliū vanitatē Bene igitͬ dici
tͬ Jacobi v· Orate ꝓ īvicē vt ſal
uemi ¶ Vel dic moraliter ꝙ q̄ꝫ
diu moyſes·i·rō et volūtas ad v̄
ticē mōtis·i·ad deſideriū eterno-
rū p̄parat et manꝰ p orōeꝫ ad de
ū leuat iſrahel ·i·motꝰ ſpūales ī
corde carnales ſupāt Si v̄o ele
uacionē manuū ·i· orōeꝫ remit-
tūt: tūc amalechite·i·motꝰ car
nales ſupant·atqꝫ vincūt ¶ In de-
cimooctauo ca·nō poitͬ niſi de ie
tro moyſi cōſtitutionē pluriū iu
dicū cōſulēte et hoc tn̄ taliū q̄ ti
meāt deū et oderit auariciā et c̄·
Qd̓ magis videtͬ morale q̄ꝫ figu
rale Jdeo obmitto et īde trāſeo ·

QUm dn̄s vellꝫ dare legē
ſuo populo ſcꝫ ī mōte ſi-
nay ardēte et fumāte vo
cibꝫqꝫ et toitruiꝰ ꝛ voce tube pau
latī creſcēte duo pricipaliter ſūt
eis iūcta ſcꝫ ꝙ ſe ſcificarent veſti
mēta ſua lauarēt · et ꝙ termios
ipſiꝰ circa mōtē aſſignarēt q̄s nul
latenꝰ p̄terirent· Solis eīn moy

ſi et aarō licitū fuit aſcēdē · et in
caligine cū dn̄o ſurſū ſtare: ꝑplō
v̄o ī mōtis pede ſūt t̄mini poſiti
q̄ꝰ trāſire nullatenꝰ ſūt diffi ¶ Con
teſtare īqt populū ne velit tran-
ſcēdē terminos ad vidēdū dn̄m
et peat· Sacdotes aūt q̄ ad dn̄ꝫ
accedūt ſcificētͬ Seqtͬ ¶ Retrahe
ſacdotes et populos · ne trāſeāt
t̄mios nec accedāt ad dn̄m : ne
forte intͬficiat illos · ¶ Mons
ſigt ſacrā ſcripturā vel eciā eccliaꝫ
ī q̄ ſcꝫ dn̄s dat nob̄ legē p quā ī-
cedē nos debemꝰ De q̄ dicitͬ yſa
ij· Venite aſcēdamꝰ ī mōtē dn̄i ꝛ
docebit nos Jſte eīn ē mōs altꝰ
p difficultatē· mōs caliginoſus
p obſcuritatē: mōſ ardēs p alio
rū īflāmacionē : mōs fumās p
lacrimarū ī oculiſ cordis inducti
oēm ¶ Mōs tonās p cōminacionē
¶ Mons turbans p doctrine eru-
dicionē Jgitur dico ꝙ illi qui de
iſto monte ſcripture volunt legē
et erudicōnnem accipe· duo de-
bēt principaliter facē· ſciliцet ve
ſtimēta lauare· et datos ſibi ter
minos non tranſire Non eſt eīn
dignus homo · montem diuine
ſcripture frequentare niſi cuius
mundicia et cuius caſtitas eſt ꝓ
bata· Yſaye p̄mo Lauami mū
di eſtote Et in pſalmo Quis aſ
cendet in montē domini·aut q̄s
ſtabit in loco ſancto eiusꝰ Inno
cens manibꝰ et mūdo corde qui
nō accepit īuano ꝛc̄· Sacdotes
igitur ideſt viri eccleſiaſtici qui
aſcēdūt ad dominū·i·ad mōtem

eccl̃e vel ſcripture debent ſanctifi
cari· ne forte puniri poſſent vel
argui Iſti etiã terminos aſſigna
tos nõ dñt traſcendere· ne forte
poſſint piculũ reportare· Circa
montẽ etiã eccl̃e bz quilibet ter=
minũ certũ ſibi datũ· i· certũ gra=
dũ: officiũ ſeu ſtatũ· Iſtos igit
termios nõ licet quecũq; traſie: qz
nec eccl̃aſticus dz ad maiora ã=
bire nec ſimplex ſubditus debet
ſibi dei et ſcripture montẽ· i· ar=
duitatẽ p ſcrupuloſaz idaginẽ tã
gere· nec ad videndũ dñm· i· ad
inquirendũ ſecreta fidei plus de
bito ſe leuaẽ iux illud ad roma·
xij· Nõ plus ſapere q̃ oportet ſa
pere ſed ſapere ad ſobrietatẽ· A
lias qui preſũptuoſe volũt mon
tẽ aſcendẽ· i· ſcripture alta ſecre
ta inquirẽ· faciliter pñt p horro
rẽ et hereſim deperire Illi etiã q̃
p ãbicionẽ termios ſibi datos ⁊
gradus et ſtatus in mũdo ſibi cõ
ceſſos aſcendẽ querũt: p mortẽ
eternã pereũt et ſuccũbũt Solis
eñi moyſi ⁊ aarõ· i· ſolis viris ſci
ẽtificis iuſtis et dignis licitũ eſt
montẽ iſtũ aſcendẽ· ſcripturẽ dif
ficultates et eccl̃e dignitates tã=
gere: et ſurſũ cũ deo poſſidendo
vel ↄtẽplando pſiſtere· Alij vero
qui ad iſta ſũt indigni debent ad
pedẽ mõtis· i· in infimis in ſta=
tu ſubiectionis vel infra termios
ſimplicis credulitatis hũiliter r̃
manẽ Bene igit dicit pu· ij Ne
traſgrediaris termios antiqs q̃s
poſuerũt prẽs tui· Exo· xx· po

nũt decẽ mãdata ſed iſta pprie
moralia ſũt et ideo nõ ſũt mora
lizanda In fine tñ iſtius capituli
pcipit ſibi dñs altare de terra vel
inſectis vel inpolitis lapidib' fi
eri · qui ſcz ferreis inſtrumentis
nõ ſũt ſecti Voluit etiã qp ad aſcẽ
dendũ ad altare nulli gradus cõ
ſtituerẽt· ne forte turpitudo mi
miſtraciũ· i· ſua genitalia videren
tur· cũ iſti miſtri ⁊ forte etiã alij
tũc nullis femoralib' vterentur
¶ Per altare poſſum intelligẽ
vir eccl̃aſticũ ⁊ platũ in quo ſcz
debet ſacrificiũ laudis et iuſticie
p ceteris ymolari: qz reuera iſte
debet eſſe de terra p hũilitatẽ: de
lapide p cõſtancie firmitatẽ· inſe=
ctus ⁊ ipolitus p geſtus et habi
tus ruditatẽ et p bone fidei ſim=
plicitatẽ ſine gradibus factus p
acceſſus facilitatem· Ferrũ eñi
crudelitatis nõ debet iſtũ tangẽ
nec multi gradus id eſt multi in
termedij familiares ianitores ⁊
cubicularij debent acceſſum ipſi
us impedire: q̃nymo ſemp ſe dz
ad audiendũ cõquerẽtes et ad
ſubueniendũ indigentibus pm
ptum et facilem exhibere Nam
turpitudo miniſtranciũ ſcz ſymo
nia et ſupbia pſonarũq; accepcõ
cotidie cõſpicit: quãdo multi gra
dus ianue et diuerticula ſũt an
te altare· i· quando ad platũ vel
principem acceſſus difficilis in=
uenit· Quilibet enim iſte ſolet
pro dãdo ingreſſum aliquid ex=
torquẽ: et ſic ſolent ſymoniã vel

auariciā ꝯmittē· et ita ncc̄e ē mi
niſtrāciū ſ̄pitudinē videre vel ap
parē ¶ Vel allega h̄ ꝙ altare de
terra et de inſectis lapidibꝰ et de
impolitis lapidibꝰ ſolet fieri· ad
denotādū ꝙ deus in electionibꝰ
vel aſſūptionibꝰ ſuoꝝ ſ̄uitorum
vel clericoꝝ generis nobilitatem
vel veſtiū venuſtatatē ſeu alicuiꝰ
curioſitatē nullatenus vult attē
dē· Illos enī q̄ ſūt de terra· i· de ī
fimo ſtatu et paupe et q̄ ſūt ipo
liti et inſecti· i· rudes ſimplicesꝰ et
ignari quādoqꝫ ad altaria ſua· i·
in p̄latos vult eligi et aſtutiori
bꝰ et nobilioribꝰ āteponi· Sicut
apparuit ī apoſtolis et ī eccleſie
fūdatoribꝰ p̄mitiis Illos etiā ī p
adiſo ſibi vēdicat· q̄s mūdus ā
pliꝰ vilipēdit et calcat· Ideo pa·
ad coꝝ· p̄o· dᵉ Videte frēs voca
cionē vrā· qꝛ nō multi ſapiētes
ſ̄m carnē· nō multi potētes· nō
multi nobiles· ſꝫ q̄ ſtulta mundi
elegit dominꝰ vt ꝯfūdat ſapien
tes· īfirma elegit vt ꝯfūdat for
tia· ꝯtēptibilia et ea q̄ nō ſūt ac̄
Nō enī vult dominꝰ ꝙ tale alta
re ſcꝫ p̄latus· g̃dꝰ habeat id ē ꝙ
g̃dꝰ ꝯſanguinitatis vel mūdanē
nobilitatis attēdat ſꝫ ſine perſo
narū acceptione et affectiōe ad
iuſticiā et ad eccleſie ꝓmotiōes
oēs facilit̄ ⁊ īdifferent̄ admittat
Deu· p̄mo Siue ciuis ſit ille ſiue
pēgrinꝰ: nulla erit diſtīctio pſo
narū Vel dic ꝙ altare ſig̃t eccle
ſiaſticasꝰ dignitates· ad q̄s ſcꝫ nō
ē p g̃dꝰ ꝯſanguinitatis aſcēden
dū nec p g̃dꝰ nobilitatis familiari
tatis vel tpalis ptātis attēdēdū
q̄uis hodie multis magis placꝫ
cātiā g̃duū q̄ qd̄ cūqꝫ aliqd̄ di
nū officiū Vel dic ꝙ altare ſig̃t
mētē hūanā vbi ſacrificiū laudis
et ſpūs ꝯtribulati dn̄o īmolatᵉ· la
pides v̄o q̄ illd̄ altarē ꝯſtituūt ſūt
opa Sectio aūt ſeu politio q̄ ſo
lū ad hoc fiūt vt videātur cuiꝰ
ſignū ē quia fundamēti lapides
q̄ videri nō habent nullatenꝰ po
liuntur ſignificat appetitum hu
mane laudis· Vult igitᵉ dominꝰ
ꝙ altarē ſuū· i· ꝯſcīa viri iuſti la
pides ſectos non habeat· i· ꝙ o
pa oculis hoīꝫ placēda non req̄
rat· ſꝫ potiꝰ de terra et de inſectis
lapidibꝰ· i· de humilibꝰ ſine curi
oſa vanitate operibꝰ altarē huiꝰ
modi ſibi fiat· Math· v· Atten
dite ne iuſticiā veſtrā faciatis co
rā hominibus· vt videami ab eis·
¶ Vel dic ꝙ altare eſt fides ad
quam ſcilicet non eſt per gradus
aſcendendum inquantum ſcilicꝫ
gradus maioritatis et minorita
tis non ſunt in trinitate ponen
di· Sicut fecit arrius qui poſuit
patrē deū et filiū creaturā· Cuiꝰ
ſcꝫ turpitudo apparuit īquātum
ſcꝫ ſ̄m hiſtoriā tripertitam ꝯſtā
tinopolis in latrina venter eius
crepuit vel ꝓrupit· Vel cuiꝰ t̄pi
tudo taliū ideſt hēſis maīfeſtatᵉ
et eoꝝ vituperiū ꝯꝓbatᵉ·

PReceptū fuit ī lege· ꝙ ſ̄ui
poſtq̄ ſex āniſ ſ̄uiſſet· ī vii
liberi g̃tis dimitterentᵉ ꝙqꝫ cum

quali veſte ītrauerāt cū tali ēmit
terēt᷑ Et ſic dr̄ deutro·xv· Ne-
quaq̄ vacuos ſʒ cū viatico et be
nedictione dn̄i eoꝝ ipſos dimit-
tere tenebāt᷑ Vxorē aūt ſi quā a
pn̄cipio habuerāt poterant ſecū
ducē et etiā liberos ſuos q̄s vx-
oꝛ ſua ante ſuitutē poterat ſibi
pepiſſe In ſcriptura pnūm ſena
riū intelligit᷑ laboꝛ et opa Exo·
xix· Sex diebꝯ opaberis· Per
ſeptēariū vō intelligit᷑ quies ⁊ cō
ſolacio Geñ·pmo Reqeuit deꝰ
die ſeptimo ab oī ope· Per ſerui
tutē vō aſſignat᷑ vel culpe ł mi-
ſerie ſubiugacio Ad ro·viij·Va
nitati ſubiecta ē oīs creatura·Di
camꝰ igit᷑ ꝙ ſeruꝰ ē homo ī moꝛ
tali miſeria ↄſtitutꝰ: dn̄s igit᷑ ſu
us eſt mūdus vel etiā ꝓpriū coꝛ
pus vel etiā tpalis dn̄s vel pla-
tus Iſtud ē igit᷑ verū ꝙ ſex ānis
·i·q̄ diu durat tps laboꝛis et opa
cōnis·ſcʒ q̄mdiu durat miſera vi
ta pn̄s·ncc̄ē ē ꝙ ſuꝰ·i· homo
moꝛtalis ſuiat domino ſuo·i· p̄
lato ſuo· ꝓpo coꝛpi ſiue mūdo·ī
quātū ſcʒ ncc̄ē ē ꝙ coꝛpis paſſio
nibꝰ et mūdi tribulacōibꝰ p̄lati
qʒ tpalis iuriſdictionibꝰ ſe ſub-
mittat Veꝝtamē quādo ſeptimꝰ
ānus·i· quies moꝛtis vel future
vite venerit·tūc huiꝰ modi ſerui
tus ceſſabit et ſpūs et aīmꝰ a cū
ctis paſſiōibꝰ carnis·et a cūctis
mūdi tribulacōibꝰ liber erit Ad
ro·viij· Creatura liberabit᷑ a ſer
uitute coꝛrupcōis · Talis igit᷑
de ſuitute mūdi ⁊ coꝛpis p moꝛ
tē exiens duo debet attendē· vt
ſcʒ viaticū·i·diuinā grāz ſeu euca
riſtiā ſecū hēat et vt veſtē qualē
in mūdo poꝛtauit pꝰ baptiſmū
et attulit ſcʒ īnocēciā ſecū tollat
Cū quali eni̅ veſte innocēcie me
diāte baptiſmo ipſū ↄtigit īgre-
di: cū tali ncc̄ē ē eū mediāte pei
tencia egredi· vt ſic egreſſus nō
deuiet ab ingreſſu·et vt ad bap
tiſmalē innocenciā quā in īgreſ-
ſu habebat redeat p penitenciā
in egreſſu Deutro·xxviij·Bene
dictus eris ingrediens et egredi
ens·Vxoꝛ aūt eiꝰ·i· grā ſeu etiā
culpa ſcʒ cū filijs·i·cū opibꝰ· q̄s
dū in hac vita ſuiret habuit eū
poſt moꝛtem ſequant᷑· inquātū
ꝓpter grām vel culpā vel ꝓpter
bona vel mala opa penā vel pre
miū aſſequet᷑· Apo·xiiij·Opa
eni̅ illoꝝ ſequūt᷑ illos ¶ Vel dic
ꝙ ſeptimꝰ ānus ē ſtatus quietis
et ↄtemplacōnis·Sex vero āni
deſignāt ſtatū actiue vite et la-
boꝛis ſeu opacōnis Sic igit᷑ fit
ꝙ hoīs mens de actionis ſuitu
te eripit᷑·quādo ad ↄtemplacio
nis ſeptenariū puenit᷑· Vxoꝛ ta
men ſua ſecū remanet qn̄do pri
ſtina grā et caritas cū ſuis filijs
id eſt cum virtutibꝰ et meritis ſe
cū manet·Seruus hebreus de-
bebat eſſe liber āno ſeptimo vt
dictum eſt vxoꝛqʒ ſua quā ha-
buerat et liberos cum ſeruus fa
ctus fuerat·debebat ſecū ducere·
Si vero dn̄s ſuꝰ ſibi vxorē dede
rat·illa cū ſuis liberis debat dn̄o

remanē ¶ Sic vͦo cū hō de mun
di et diaboli ſeruitute·i· de ſtatu
pcc̄i anno ſeptīo ·i· p ſeptē ſac=
mēta egredit᷑ dꝫ ꝑaꝫ vxorē quā
āte ſeruitutē pcc̄i habuerat ſcꝫ gͣ
ciā et caritatē ⁊ ei⁹ liberos ſcꝫ bō
opa ſecū trahē ad libertatē Et il
lis q̄ p ſeruitutē pcc̄i mortificata
fuerant reuiuificacoīs ꝯcedē di=
gnitatē Uxor em̄ quā habuerat
q̄ libera erat id ē grā et bona opa
q̄ habebat ante ſeruitutē peccati
mortificata fuerāt nō mortua ꝫ
quātū ad meritū Et ideo ſibi fcō
libero reſtituūt᷑ iḡ tū p penitẽn
ciā reuiuiſcē cō ꝓbant᷑ Uxorē vͦo
quā ſibi dedit dn̄s iſte ſcꝫ diabo
l⁹ ſeu mūdus ſcꝫ carnis cōcupiſ=
cēciam cum operibꝰ malis debet
iſtis dn̄s dimittē ⁊ liber egredi
⁊ exire dicens diabolo vel mūdo·
Math xx· Tolle qͦd tuū ē ⁊ va
de ¶ Cū ſeruus hebreus poſſit
libere ſeptīo anno egredi ſi vellꝫ
ſi ipſe diligēs dominū ſuū egre-
di nollet ꝫ magis ī ſeruitute ma
nere vellet debebat ad hoſtiū ta=
bernaculi corā diȷs adduci et de=
bebat pforari auris eius ſubula
et ſic fiebat ſeru⁹ eius ſempiter
nus Sic vͦo cū religioſis q̄ ī ſer
uitutē dn̄i ītrauit · poſſit p⁹ ānū
ꝓbacoīs exire liber et veſtes et
vxorē quā p⁹ habuerat·i·liber=
tatem et quecūqꝫ bona q̄ ſecū ap
portauerat reportare Si tamen
vult r̄manē ī ſeruicio dn̄i nec ve
lit ad mūdū retroire dꝫ applicaī
ad deos·i·ſcōs prēs et ꝑlatos q̄

dn̄t eū ad oſtiū tabernaculi ſiſtē
·i·ad cōſideracionē ⁊ affectionē i
greſſ⁹ padiſi inuitare aurēqꝫ ei⁹
debēt ſubula dn̄i tioris p ꝑdica
cionē ſuē·et ſic voto emiſſo ꝓfeſ=
ſionis dꝫ ſeruus ppetuus dei eē·
Exo·xxix· Erant ſacerdotes dn̄i
in religioē ppetua ¶ Hic videt᷑
ſupponē ꝙ cū q̄s caſu vel ſine de
liberatioē occidit hoīeꝫ magis dꝫ
eē diuine occulte ꝓuidēcie aſſcri
bendū q̄ꝫ malicie occidētis Si q̄s
pcuſſerit hoīeꝫ volēs occidē eū :
morte moriat᷑ Si vero nō eſt in=
ſidiatus ei· ꝫ deus tradidit eū in
manibus eius : cōſtitutum locū
habebit vbi fugere debeat· Ac ſi
vero diceret· ꝙ talis nō debet ca
pitaliter puniri ·Unde dicit᷑ ſup
ponere tamq̄n inſtrumēto qua=
propter iſte debet carere iniuria
vel tormento ¶ Hic ꝑcipitur ꝙ
ſi furatus fuerit hominem cōuic
tus noxe : morte moriatur· Pre=
cipitur eciam ꝙ qui per induſtri
am et per inſidias hominē occi=
derit·ab altari dei debebit vt mo
reret᷑ auelli· ¶ Sic vero heretici
et incredules qui ſimplices do-
mino furantur pro eo ꝙ in ſerui
tutem peccati deprimētur· quod
eciam de malis ſuggeſtoribꝰ poſ
ſit dici· quales ſunt vetule ruffia
ne·que verbis et inductionibus
furātur iuuēculas caſtitati et ſub
ȷ̈ciūt voluptati Ad Romanos·
xvi· Per blādos ſermoēs decipi
ūt mētes inocētiū Johannis de
cīo· Fur non venit niſi vt furet᷑·

Altare etiã ·i· ſtatus eccñaſticus
nõ debet a correctione ſeu a pu-
nicõne hominem eripere qui fra
trem ſuum ·id eſt proprium ſpi
ritum vel proximũ per mala ex-
ẽpla ꝯſueuit pimẽ vel criminali
ter necare· Criminoſi etiã debẽt
ab altari ·i· a ſtatu eccñe eijci et e
uelli et ab eccñaſticis beneficijs
deſtitui et deponi Luce pmo De
poſuit potẽtes de ſede: et exalta
uit hũiles· Si quis hẽbat bouẽ
cornupetã debebat eũ recludere
alias ſi hoĩeꝫ occidẽt tenebatur·
bos vero lapidibꝰ obrui mẽbat
Talis bos ẽ malus ſubditus ꝗ
diſcipulus ꝓteruꝰ et ceruicoſus
quẽ ꝑ certo dñs ſuus et ꝑlatus
et iudex debet recludẽ infra clau
ſtrũ laqueis ſtatutoꝝ regulariũ
vel etiã ſi ſit ncce in bono et forti
carcere ne noceat cohercẽ Aliaſ
ſi ſuis exẽplis et factis alijs no
cuerit· vel ſpũaliter vel tpalit oc
ciderit· ſcãdalizauerit vel leſerit·
dñs eiꝰ ſcꝫ iudex ł ꝑlatus ď pccõ
tẽbit: et a deo qꝛ ipſũ ñ recluſit
aut manutenuit punietᷣ· Ipſẽ
ṽo bos cornupeta ·i· malus ſub
ditus lapidibꝰ obrui ·i· tpaliter
et eternaliter caſtigari nichiloiꝰ
ꝓmeretᷣ exẽplo heli· regũ q̃rto
qui ꝑ filioꝝ ſuoꝝ crimĩbꝰ ẽ pu-
nitus· Unde tali dño videtᷣ dñs
loqui ezech· iij· Ipſe iniquꝰ ſi in
iniquitate ſua moriatᷣ aiaꝫ autẽ
eiꝰ de manu tua requirã Vł dic
ꝙ talis bos ẽ mł'ier cornuta cer
uicoſa et ornata que vagari ꝗ di

ſcurrẽ delectatᷣ ·vt aſpiciẽtes eiꝰ
pulchritudinẽ malis tẽptacioni
bꝰ et ꝯplacẽcijs feriantᷣ Dñi igi
tur taliũ parẽtes vel mariti dñt
tales recludere et ne diſcurrãt ꝑ
libito ad feſta et ꝯuiuia vicos et
plateas et ſpectacula cohercere
alias ſi quos ꝑ ſuas tẽptacõnes
ſpũaliter occiderit apud deũ te-
nebũtᷣ Ipſa vero bos· mala aut
fatua mulier eterne dãpnacõis
lapidibꝰ obruetᷣ· Si quis muli
erẽ pregnantẽ percuciebat ꝗ abor
tiri faciebat: tenebatᷣ noxe quã
tũ maritus ipſius expetiſſꝫ· Sic
vero ſi quis ṽbis vel factis perc
ſerit ꝯſcienciã mulieris ꝑgnan-
tis ·i· alicuiꝰ ſimplicis fetu boni
ꝓpoſiti inꝑgnati: ptũqꝫ boni o-
peris impedierit et aborſũ pec
cati procurauerit· tenebitᷣ de fcõ
et iuxta mariti vel ꝑlati vel ſupe
rioris arbitriũ iſte tenebitᷣ in fo
ro cõſciencie ſoluere et ſatiſfacẽ
ꝑ penitenciam de delicto Mag-
nũ eñi peccatũ eſt ſimplices ſcã-
dalizare et fetũ boni ꝓpoſiti qď
ꝯceperint enecare Math· xviij
Qui ſcandalizauerit vnũ de pu
ſillis iſtis minimis qui ĩ me credũt
expedit ei vt ſuſpendatᷣ mola a
ſinaria in collo eius et ſubmer-
gatᷣ in marẽ ·i· ncce eſt ei ꝙ mo-
la diui timoris ꝑmatᷣ et vt ĩ ma
re ·i· in amaritudine penitencie
ſubmergatᷣ · Si quiſ foderit fo
ueam: vel aperuerit ciſternam
et non operuerit eam · ſi ceciderit
rit bos vel aſinus in eã : reddet

qui fecit foueā p̄ciū iumētoꝝ ¶
Ciſterna vel fouea eſt pccm̄· qd̓
dato ꝙ nullus debeat facē· ꝫ cū
fecerit· ipſū debet abſcōdē et ce-
lare et a cōſpectu hoīꝫ ne ſcanda
lū vel malum exēplū piat opire
qꝛ ſi cōtrariū fecerit· foueāqꝫ pro
pi pcc̄ publice reuelauerit et ci-
ſternā alteriꝰ delicti diffamando
et detrahēdo aperuerit· et eius oc
caſioē et ſui mali exēpli oſtēſioē
aliq̄s bos vel azinꝰ· i· aliq̄s ſim-
plex itꝰ ceciderit· i· eiuſ exēplo de
liq̄rit: mortis et dāpnacioīs ip-
ſiꝰ reus erit· Jlle ei q̄ foueā ap-
tā dimittit· i· q̄ peccatū publice
facit· nō ſolū tenet̄ de pccō qd̓ cō
mittit· īmo eciā de pccō qd̓ exem
plo ⁊ occaſioē ipſiꝰ aliꝰ hō fecit
Vtile igit̄ ē nō ſolū pccā nō facē
ꝫ eciā ſi fcā ſūt ipſa a conſpectu
hoīꝫ ne forte ſcādalū paciāt opi
re· Vn̄ dicit̄ apoca· xvi· Beatꝰ q̄
cuſtodit veſtimēta ſua ne nudus
āb[u]let· Quod tn̄ nō faciūt mul
ti q̄ peccata ſua nō ſolū nō ope-
riūt neqꝫ celāt īmo ipſa ex indu
ſtria publicāt atqꝫ iactāt Pſal·
tercio Peccata ſua ſicut zodoma
p̄dicauerūt: nec abſcōderūt ¶
Vel dic ꝙ ciſterna ē ſacra ſcriptu
ra vel fides noſtra cuiꝰ ſcꝫ interi
ora ſecreta non debent bobꝰ ⁊ a
ſinis· i· ſimplicibꝰ maīfeſtari ⁊ a
periri· ꝫ potius p ſimplicem ex-
poſitionē aliqualiter operiri Ali-
as ſi p ſcrupulū erroris ibi picli
tent̄ atqꝫ cadāt· de morte et dāp
nacioē eaꝝ tenebit̄ q̄ ſcꝫ occaſio
nē delinquēdi ipſis dediſſe vide
t̄ Predicator igit̄ vel doctor de-
bet ſm pōtāoperire celū nubibꝰ
et dare terre pluuiā Nō ē ei tu-
tū ciſternā fidei talibꝰ apire ⁊ de
ſecretis dei corā eis diſputare ym
mo nccē ē cū quodā opculo ſim-
plici doctrine talibꝰ p̄dicaē Jux
ta illd̓ pa ad coꝝ· iij· Tāq̄ puu
lis ī xp̄o lac dedi vob̄ edē: nō eſ-
cā ¶ Si bos alicuiꝰ bouē alteriꝰ
occiderit· vendet̄ bos viuꝰ et pre
ciū eiꝰ cū cadauere bouiſ mortui
īter vtrūqꝫ dn̄m diuidet̄ ¶ Sic
ꝟo ſi ſubditꝰ vnꝰ ſubditū alteri
us offēderit dn̄t duo dn̄i ſine ac
ceptioē coīt ad fciēdā iuſticiā īte
tēdē cadauqꝫ· i· illū q̄ leſuſ ē p cō
paſſionē inter ſe diuidē illū vero
qui leſit debent vendere· i· puni-
cioni ſubmittē et etiam de com-
muni aſſēſu p̄ciū mortis vel leſi
onis alteriꝰ inter ſe partiri et in
execucione iuſticie communiter
conſentire· qꝛ reuera duo domi-
ni principes vel p̄lati vtrūqꝫ fac
tū ſcꝫ cōpationē a pte paciētis in
iuriā et puniciōnē a pte faciētis
debent commuiter pſeq̄ ad cō-
muēꝫ execucōeꝫ iuſticie coīter in-
clinari Jlleqꝫ cuius eſt bos cor-
nupeta id eſt ſubditus qui fecit
īiuriam nō dꝫ ipſū defendere ſed
vendicioni et punicioni exponē·
Vn̄ auguſtinꝰ dicit ꝙ iuſticia cō
munis eſt virtus ⁊c̄·

Q Vꝫ q̄ſ furci vrebat nocte
ſi dep̄hēdebat̄ et vulnēa
tꝰ moriebat̄· pcuſſor de

homicidio nō tenebat᷑· Si vero
fur volebat de die furari· si quis
eū occidēt debebat tāq̄ hoīcida
puniri Et sic apparet q̄ minꝰ p-
cit᷑ furi nocturno q̄ diurno· ⁊ q̄
magis ꝑuilegiat᷑ latro publicꝰ
q̄ ocultus Sic v̄o etiā inter nos
sūt multi spūales fures scʒ detra
ctores qui furant᷑ famā· homici
de qui furant᷑ psonā· raptores q̄
furant᷑ substāciā· heretici q̄ furā
tur fidē vel hoīeʒ· Istud ē verū q̄
magis sūt repꝛhēsibiles q̄ oculti
sūt q̄ illi q̄ sūt manifesti· Et sic
dico q̄ magis ē vituperabilis de
tractoꝛ ocultus q̄ īiuriatoꝛ ma
nifestus: qꝛ sic dicit᷑ eccl̄i·x· quē-
admodū si moꝛdeat serpens in
abscōdito· nichil eo minꝰ habet
q̄ oculte detrahit Itē raptoꝛ ab
scōditus sic ē vsurariꝰ vel exactoꝛ
dn̄s vel p̄latus· qui scʒ caute ·i·
sub specie iusticie aliēa rapit ma
gis ē repꝛhēsibilis q̄ raptoꝛ pub
licus Itē hoīcida secretus sicut ē
ille qui occidit veneno q̄m alius
apertus Itē oculte scʒ nocens vt
hēticus q̄m quicūqʒ infidelis vel
pccōꝛ notoriꝰ· Itē p̄dicatoꝛ in
cognitus q̄m q̄libet notoriꝰ ini-
micus Quia breuiter a quibꝫ n̄
p̄t caueri et qui scʒ nesciūt᷑ esse ī
imici et qui ꝓpe de nocte furant᷑
nō de die·i· qui nocēt abscōdite
nō aperte· sunt magis piculosi· et
ideo debēt esse deo magis odiosi
et hoībꝫ Et ideo dicit᷑ de istis ie-
remie ix· Pacē cū amico suo loq̄
tur: et oculte ponit ei insidias·

Itē ibidē dicit᷑· q̄ si quis volue-
rit spinas cōburere ⁊ posuerit ibi
ignē· ⁊ ignis egressus segetes seu
spicas cōbusserit· dāpnū qui ignē
posuit emēdare debebit· Sic v̄o
si p̄latus vel iudex vult cōburere
spinas·i· pccōres sūme debet ca
uere ne ignis correctiōis metas
iusticie trāscēdat· ⁊ q̄ segetes cū
spinis·i· iustos cū peccatoribꝫ ī
uoluat Melius ē enī malis par
cere q̄m bonos cū malis īuoluē
Math·xiij· Ne forte colligētes
zizania eradicetis sil' ⁊ triticū Vl'
dic q̄ spine sūt vicia· que si cōbu-
rere et euellē cū igne correctiōis
cupias caue q̄ correctionis ter-
mios nō excedas Alias segetē v̄
tutū posses in eo p desperacōʒ cō
burē· et sic dn̄s eiꝰ ·i· deꝰ dāpni
ficacōis sue dāpnū poss' āte rpe
tere et sic te optere de dāpnacōe
eiꝰ p excessum correctiōis tue fa
cta in die iudicij respondē: q̄ny
mo melius esse aliqua vicia ī ho-
mine dimittere q̄m ipsū nimis
aspē corrigendo ad deteriꝰ pro-
uocare Allega vt sup̄ Si q̄s al-
teri mutuauerat vel cōmodaue-
rat vel p̄cio cōduxerat aliquid et
p̄nte domino rei debilitatū fuerit
vel aliqualiter peioratū: nō tene
bat᷑ qui mutuo acceperat emen-
dare · Si vero presens non erat
dominus dicte rei: tunc resartire
dampnū mutuatarius tenebat᷑ ·
Istud potest allegari q̄ cuilibet
potest eē cura de re sua: et q̄ ma
gis punitur ille qui scienter et

preſentialiter p̄mittit rē ſuā dāp mificari: q̄ q̄ abſenter vel ignorā ter. ¶ Uel poteſt allegari q̄ plꝰ q̄nq̄ȝ valet abſentia q̄ p̄ñcia ¶ Uel iſtud a q̄bꝰ dā exponitꝰ mo raliter Sic eñ deꝰ accōmodat rē ſuā ſcȝ hoīem ſubditū cuilibet p̄ lato ſub tali pacto q̄ eā dȝ custo dire ⁊ de aīa ipſiꝰ reſpōdē. iuxta illd̄ tcio r̄g xx. Cuſtodi viꝝ iſtū qꝛ ſi lapſus fuerit. erit aīa tua ꝓ aīa eiꝰ Uerūtñ ſi iſte ꝯmoda tariꝰ .i. p̄latus fcīt tm̄ q̄ dn̄s ſit p̄ſens. vtpote qꝛ timorē dm̄ icu tit in corꝛ ipſiꝰ pccōris et ānūciat ei vicia et v̄tutes: et eciā ipſū ad monet ne delinq̄t ſi tūc ꝯtigat ip ſū ſubditū p vicia deteriorai. nō tenebitꝰ iſte p̄latus iſti p̄nti dn̄o .i. ipſi deo. ſic malo ſubdito pre ſentato. de aīa ipſiꝰ nō tēbitꝰ reſ pondē Si vero iſta reꝰ ſit ꝯmiſſa ideſt ſubditi aīa piclitatꝰ p vicia. domino nō p̄ſente .i. deo p ipſū p̄lato ſubdito nō p̄ſentato vel ti more ipſiꝰ nō icuſſo vtpote quia prelatus eū nō docuit: redargu it nec correxit. tūc reuera tenebi tꝰ et ad emēdādū et ad penitēdū vel h̄ vel ī futuro cogetꝰ Eze. xxx tercio vbi dicitꝰ ſic Si dicēte me īpio. morte morieris. nō ānūcia ueiꝰ ei. ipſe ī iniq̄tate ſua morietꝰ aīam aūt eiꝰ de manū tua requirā Si vero ānūciaueris ei. ipſe ī ini q̄tate morietꝰ: tu aūt aīaȝ tuā li beraſti. ¶ Dn̄s p̄cepit q̄ p̄micie et decime oīm fructuū nr̄oꝝ eidē offerātꝰ. Decimas tuas et p̄mici

as tuas nō tardabis offerre De cimā ergo ptē debemꝰ dn̄o dare nouē vero ptesꝰ poſſuꝰ nob̄ licite retinē. ¶ Primicie ſign̄t bonoꝝ opm incheoacionē. denariꝰ qui ē nūs pfectꝰ deſiḡt opm ꝯplemē tū et pfectionē. Nouenariꝰ aūt q̄ denariū nō attigit ſiḡt impfec tionē. Igitꝰ dico q̄ p̄micie ⁊ ded me r̄ꝝ nr̄arū .i. incheoatio et pfec tio bonoꝝ opm deo ſūt offeren de. et eidem penitus aſſcribende qꝛ reuera nullus pōt vel bene īci pē vel bene pficē niſi a deo fuerit ſibi datū Un̄ apl̄s ad philipen. ij. Deus ē q̄ opatꝰ ī nobis velle ⁊ pficē Cuiꝰ ꝯtrariū credidit pela gius q̄ dicebat q̄ hō poterat in cheoare. et dominus ꝯſūmaē ita q̄ iſte q̄ credebat deo decimas et nō p̄micias offēbat cum tamē leuitici tercio dicatꝰ q̄ caput cum cauda hoſtie .i. p̄ncipiū et finis opis deo debet offerri et deo tri bui et aſſcribi: qꝛ ſic dicitꝰ ad rō viij. Nō ē volētis neq̄ȝ currentis ſ̄ȝ dei miſerētis Unde ad philipē ſes p̄o Qui cepit ī nob̄ opus bo nū pficiet. Nouenariū numerū ideſt īpfectionē nr̄orū operum nobis retineamus et nobis aſ ſcribamus Decimā vero .i. ꝯple mentū et pfectionē corā domino offēamus. Unde dicitꝰ deu. xij. Offētis holocauſtū domino: de cīas ⁊ p̄micias Precepit dominꝰ offerri ſibi oīa p̄mogeīta anima lium. ſeptem tamen diebus de bebant eſſe cum matre ſua: die

autē octaua debebāt dn̄o offerri
Si vero eſſet aīal imūdū ſic azi-
nus· debebat cū oue hui⁹ modi
p̄mogenitū cōmutari Si v̄o ille
cui⁹ ē p̄mogenitū azini redimere
vel ↄmutare nolebat · ſtatī ipſū
azini p̄mogenitū interfici vel ne-
cari debebat· vnde ſup̄ xiij· Pri-
mogenitū azini mutabis oue qđ
ſi nō redimēs interficies Per p̄
mogenita nr̄a poſſum intelligē
bona opa que ꝓ eo p̄mogenita
nr̄a dicunt̄· qꝛ hereditas eterne
glorie talibꝫ opibꝫ ſicut veris et
p̄mogenitis heredibꝫ habetur·
Talia ergo p̄mogenita·i·bona
opa nr̄a debent deo offerri· id eſt
ad dei laudē et gloriā ordinari ·
Si autē cōtigerit ꝙ habeam⁹ p̄
mogenitū azini·i· aliqđ bonū o
pus quod habet aliquā azinini-
tatē l' ſtoliditatē admixtā vtpo-
te qꝛ factū ē indiſcrete vel cū ali-
cui⁹ vane glorie intencione·pro
culdubio nos tenemur ipſū cū o
ue·i·cū bono et ſimplici ope cō-
mutare et bonā ouinā et ſimpli-
cē intencionē ſibi apponere·ꝛ ſic
poterit illud qđ aziminū fuerat
domino cōplacere Si v̄o ipſū cō
mutare noluerim⁹·ipſū ꝓ certo
interficere·i·peitus ſubmouē de
bem⁹· v̄bi grā· Si quis ieiunat
vel aliud bonū opus facit ad va
nā gloriā·illud ē p̄mogenitū aſi
ninū·ſi vero mala et inanis intē
cio ſubmouet̄: tūc azini p̄moge
nitū cū oue ſpūalit̄ ↄmutat̄ Si
vero malā intencionē tollē rēnu

it·tūc ſuū azinū p̄mogenitū id ē
bonū opus ſtolide et inanit̄ fcm̄
redimē nō dignat̄· Quapropter
iſtud opus tanq̄ in nullo merito
riū et penitus nichil valēs debꝫ
interfici·i· deſtrui et ↄfundi· et a
pud deū ꝛ hoīes ↄdempnari·qꝛ
reuera aſinus nō ē offerend⁹ niſi
mutatus cū oue· nec bonū op⁹
mala intencione vel ſine diſcreci
one factum· deo placere dinoſci
tur· niſi fulciat̄ bona et ſimplici
volūtate que ſcꝫ p ouē i ſacra pa-
gina deſignat̄ Unde de amicis di
cit̄ iob vltīo Dederūt ſibi vnuſ-
quiſqꝫ ouē vnā ¶ Uel dic ꝙ pri-
mogeniti p̄latoꝝ ſūt illi qui ſe de
bent p bona exēpla·opa et docu
mēta deo offerre· Si vero habēt
aliqđ p̄mogenitū aſini·i·aliquē
malū ſubditū ipi ꝓ certo debent
eū ꝓ viribꝫ ꝓ oue mutare·i·bo
nū ſimplicē efficē Qđ ſi neque-
ant debent eū interficere·i· dure
corrigere et punire· Uel etiam ſi
ſua crimia exigāt·ipſū debēt oc
cidere vel carceri mancipare· Un
de ſup eodē capitulo Maleficos
nō pacieris viuere ſup terrā· Di
gnus ē enī de medio tolli qui ſua
ſtulticia et malicia noluerit ↄmu
tari vt poſſit ſpūaliter domino
ymolari ꝛ digne ad ipſi⁹ ſuicū
applicari· ſicut de chananeis dꝛ
ſapiē xij· Neq̄ eſt natio illoꝝ et
naturalis malicia eoꝝ vt nō poſ
ſit mutari ī ꝑpetuū ¶ Uel dic ꝙ
ſi aliq̄s prior vel religioſus hēat
p̄mogenitū aſini·i·aliquē malū

ſubditum vel ſociū · debet ſi pōt
ipſm mutare cū oue · i · cū aliquo
ſimplici vel honeſto · qđ ſi ꝑlatꝰ
ſupioꝛ noluerit facē · tūc pōt ad
eius īfectionē · i · ad eius rigo-
roſam puniciōnē et coꝛrectionē
vacare · Tutiꝰ ei ē ſi poteſt ꝙ de
eo ſe expediat Qđ ſi non poſſit
ncē ē ꝙ ſuā aſinīnitatē cōfūdat
¶ Dn̄s ꝑcepit nō ↄedi carnem
q̄ a beſtijs fuerit ꝑguſtata · ſꝫ ca-
nibꝰ relinquēdā · Nō ↄedetis iq̄t
carnē q̄ a beſtijs fuerit ꝑguſtata
ſꝫ ꝓicietis canibꝰ ¶ Per ↄedere
ī ſcriptura ītelligitᷣ imitacio · Ille
eñ aliū ↄedē dicitᷣ q̄ vitā et exē-
pla eius ſibi mētaliter īcoꝛpat:
⁊ q̄ eciā moꝛes ipſiꝰ imitatᷣ Per
beſtias ītelligūtᷣ motꝰ brutales
et carnales Per carnē vero intel
ligitᷣ pſona luxurioſa Igitᷣ caro
ideſt carnalis vel luxurioſa pſo
na quā beſtie idē motus carna-
les p luxuriā ſuffocauerūt ⁊ ſpi
ritualiter occiderūt · nō dꝫ a no-
bis cōedi · i · p imitacionē recipi et
aſſui · q̄nimmo talis pſona debꝫ
canibꝰ · i · alijs pccōribꝰ cōedēda
et imitāda relinqui · et canibꝰ eci
ā · i · inferni demonibꝰ cōdēpnari
Et reuera iſtđ ē verū · ꝙ tales ſic
carnalesᷤ et īmūdi nō ſunt digni
mādūcari · i · amari vel imitari ab
hoībꝰ · ſꝫ pociꝰ a beſtijs et a cani
bꝰ: qꝛ ſcꝫ moꝛes eorū nō ſūt rati
onabiles aut hūani · ſꝫ potiuᷤ be
ſtiales ītiles et canini · Tercio
rēgū xx · Canes cōedēt iezabel in
agro ieſrahel · ¶ Vel dic ꝙ beſtie
ſūt hēticí vel alij pccōres q̄ ſi quē
attrectauerint et coꝛruperit: nō
ē dignus ab alijs mādūcari ⁊c̄ ·
ſicut ē ¶ Cū omnia ꝑmogeni
ta eēnt diñ cōceſſit dominꝰ ꝙ qđ
libet animal ꝑmogeītū poſſit ſe
ptē diebꝰ cū matre ſua eē: octa-
ua die ꝑcepit ipſū ſibi adduci et
reddi ¶ Septem dies ſignt vi-
tam preſentem q̄ ſcꝫ ſeptē dierū
ĉiculo voluitᷣ: viij · vo dies ē tps
futuri ſeculi vbi ſcꝫ coꝛpoꝝ reſur
rectio celebratᷣ · q̄ in octaua etate
cōplebitᷣ ſic̄ ⁊ xp̄s octaua die re-
ſurrexiſſe ꝓbatᷣ Igitᷣ cū omnia
ꝑmogenita · i · oēs iuſti deo debe
ant yinmolari ⁊ ſibi ſpūaliter de
dicari · Iſtud ꝑcipue fiet in octa-
ua die in reſurrectione · quando
ſcꝫ coꝛpa et anime ſimul gloꝛifi-
cabūtᷣ Septem enim diebꝰ id ē
per decurſum ſeptem etatum cū
matre noſtra id eſt cum mundo
viuimus: In octaua vero die · i ·
in futura reſurrectioē cum domi-
no erimus ¶ Vel dic ꝙ octaua
tulo precedenti· Per viam vnā
venient contra te et per ſeptem
fugient a facie tua· Et breuiter
omni die patimꝰ calumpniam
et a ſpūalibus et temporalibus
inimicis et nullus eſt qui liberet
nos· Quia ad litteram· domus
noſtras vineas et armenta ⁊ bo
ues et aſinos ſeculares rapiunt
vxores noſtras· id eſt eccleſiam
et beneficia alieni ideſt ambicio
ſi et ſimoniaci auferunt a nobis
et cū eis dormiūt ⁊ aduene q̄ no
biſcū cōuſant̄·i· laici minoris ſta-
tꝰ hoīes ſup caput nr̄ꝫ aſcēdūt ⁊
nos ſibi ſubijciūt et ſbmittūt· q̄
ſcꝫ oīa pccā nr̄ā faciūt Eze xxiij·
Scelꝰ tuū ⁊ fornicacōes tue fece-
rūt tibi h Vel dic alio mō q̄ iā ī
ecclīa celū·i· deꝰ nr̄ ē ereꝰ·i· dūs
et siccꝰ p ſue grē ſubtractiōeꝫ tra
·i· ppli ſubditi videt̄ ferrei p ob-
ſtiacōeꝫ et īdeuocōeꝫ· pluuia·i·
doctīna videt̄ puluēa et cinēa p
auaricie finalē ītētioēꝫ Sciētie enī
et doctrine ecclīe q̄ p pluuiā de-
ſignāt̄ puluēe ſūt ī q̄tū ſcꝫ ad ag-
gregādū puluerē diuiciaꝝ ordi
nāt̄ utꝫ de ſcījs cīlibꝫ ⁊ mūdanis
Ita q̄ ecclīa iā pt̄ dicē illd̄ Iob
vij· Ecce nc̄ in puluē dormio
Vel eciam p puluerem accipere

poſſum⁹ bona tpalia qꝛ ſcꝫ ita ē
ꝙ tota pluuia·i·tota conſolacio
nrā eſt in pulueꝛe acquirēdo et ter
renoꝝ cinere colligēdo Pſa·lxv·
Serpēti puluis panis ei⁹ Quid
pluraᶜ Jam videm⁹ ꝙ in eccīa p̄
dicatores multū ſemē bone do-
ctrine ſeminānt parū tn̄ de fructu
ſalutis animaꝝ reportānt Mul-
tas habet eccīa oliuas ꝛ vineas
·i·multos diuites pingues·qui
tn̄ oleū elemoſinaꝝ et vinū ꝯſo
lacionū alijs nōdiſtillant Aba-
cuc iij·Nō erit germē in vineis
mentiet opus oliue et arua non
afferēt cibū

Explicit moralizacō libri deut°·
Incipit moralizacō libri ioſue

Q um mortuo mo
yſe ioſue factus
pnceps populi
iſrahelitici pplm̄
p iordanē vellet
trāſducē i terrā
ꝓmiſſionis et āte oīa ꝯponeret
ciuitatē iherichо deſtruere·miſit
illuc certos exploratores· Qui
cū a rege ciuitatis quererētur ad
mortē raab meretrix ipos in do
mo recepit et ſub ſtipula lini ip
ſos in ſolario abſcondit·et ſic in
veſtigantes illuſit et ipſos fugiſ
ſe diſſimulās ipſos pſequi pſua
ſit Quibus factis exploratores
mōtana aſcenderūt et ibi triduo
ſteterūt ꝛ tandē rdeūtib⁹ alijs p
ſecutorib⁹ et nō inueniētib⁹ eos
ipſi ad ioſue ſine pīculo redierūt
Unde qꝛ raab iſtos ſaluauerat ſi
gnū ſibi dederūt ꝙ qñ caperetur
cītas funiculū coccineū i feneſtr̄
dom⁹ ſue ponēt et ſecū familiā
et aīcos aggregaret:ꝛ ſic ſe ꝛ ſu
os a pīculo liberaēt Qđ vtiqꝫ fa
ctū eſt Quia ſicut dꝛ ioſue ſexto
cū capet cītas viſo fune ad fene
ſtrā eius pēdēte·nō fuit ꝯbuſta
ſed ipſa cū aīa͡bus fuit liberata et
ad dei pplm̄ in ꝑpetuū aggregata
Allegorice moyſes ſigt legē·
Joſue ihm Jericho qui interp̄ta
tur luna ſigt defectibilē mūdū:
exploratores p̄dicatores· Jor-
danis baptiſmū Terra ꝓmiſſi
onis padiſū:raab vo mētrix eſt
aīa vel gētilitas peccatrix funis vo
coccine⁹ ſigt paſſionē xp̄i vel ei⁹
ſangnē rubicūdū Dico g° ꝙ
moyſe mortuo·i·lege ceſſante·
ioſue fili⁹ nun·i·ihs fili⁹ dei pa-
tris rgimē ppli iſrlitici·i·ppli fide
liū aſſūpſit Quē ſcꝫ p fluuiū ior
dāis·i·p baptiſmū i trā ꝓmiſſio
nis·i·i padiſū trāſducē deſtiauit
Dextn̄ qꝛ ꝓphana cītas iheicho
·i·mūd⁹ ꝛ maloꝝ hoim ꝯgeries
iſti fideli pplō dabat īpedimētū
voluit āte oīa cītatē iſtā tollē·cō
geriē maloꝝ deſtruē:ꝛ ſic eos ꝙ̄
tū ad eē infidelitatis et pcc̄i peni
tus extirpaē·ꝓu·xij·verte im-
pios et nō erūt Et ideo explora
toēs iſti⁹ cītatis·i·apoſtolos et
p̄dicatores miſit·quos raab mē
trix·i·gentilitas p credulitatem
et fidem ſuſcepit·et eos·i·ipſorū
doctrinam ſub ſtipula lini ideſt
ſub cordis humilitate celauit et

tandē quia iſtos receꝑat et eis
dederat funē rubeū idē memoriā
ſanguinis et paſſionis criſti ī fe
neſtra cordis ſui ſuſpendēs ſe et
ſuos ab eterne dāpnacionis in
teritu liberauit Exodi·xij· Nō ſi
ne pcuſſorē ingredi viſo ſangui
ne in ſupliminari domos ledē·
Iſti tres exploratores idest ſci
p̄dicatores a ſpiculatoribꝰ id ē
a demonibꝰ ꝛ tirannis liberati et
ſaluati fuerūt dū mōtana idest
vite contemplatiue eminētiā aſ
cenderūt· et dū ibi p tres dies·
id est p tria religionis vota ꝯtra
triplicē mūdi ꝯcupiſcētiā pmā-
ſerūt· quia reuera p̄dicatoꝛ vel r̄
ligioſus ab hoſtibꝰ ſpūalibꝰ eri
pitur cū p tria vota religioīs ad
mōtē pfectioīs eleuatꝰ Nō bene
dicitur ge·xix· Nō maneas ī omi
circa r̄gione· ſed ī mōte ſaluū te
fac ¶ Vel dic moraliter ꝙ dum
ihesus ſaluatoꝛ noſter ciuitatē
diaboli et congeriem viciorum
vult in nobis deſtruere et p ior
danē idest p fluuium lacrimarū
nos ad terram promiſſionis ·i·
ad cōtemplacionē paradiſi trāſ-
ducere ſolet prius exploratores
ſuos id est bonas inſpiraciones
ad ciuitatē cordis mittere Hos
ergo quādo raab meretrix· idest
volūtas peccatrix recipit· et ſub
ſtipula lini idest ſub humilitate
et puritate cuſtodit et ad mōta
na ꝯtēplacionis trāſmittit et ibi
p tres dies idest ī fide ſpe et cari
tate ipſos manere precipit ſa-

tellites regis iherico id est mo-
tus malos et temptaciones qui
iſtos bonos exploratores id est
bonas affectiones et inſpiratio-
nes occidere querunt cautela ſa-
lubri deludit· Qua propter iſta
tādē oſtēſo fune coccineo ſeu ru
beo idest recordato diuine paſ-
ſionis miſterio ſeipā a morte pe
ne et culpe defendit et ciūtas ihe
rico in qua ipſa māſerat idest vi
ciorū cōgeries dei virtute deſtru
itur atqꝫ perit Vnde ad heb·xi·
Fide raab mētrix nō periit ſuſci-
piēs exploratoēs cū pace ꝛc̄ ¶

AD hoc ꝙ filij iſrabel ter
ram pmiſſionis intrarēt
iordanem fluuiū neceſ-
ſario trāſire habuerūt· ſed ſic v̄-
tute diuina factū est ꝙ dū ſacer
dotes q̄ portabāt archā federis
pedes ſuos merſerūt ī alueo ip
ſa aqua ſiccata ē p trāſuerſū re-
trocesſerūtqꝫ aque ſupiores ꝛ a
fluxu ſteterūt Aque vero inferi
ores in mare mortuū deſcēderūt
¶ Fluuiꝰ iordanis q̄ interp̄tatꝰ
riuꝰ iudicij ſiḡt r̄ligioīs vel ec-
clie ſtatū ī q̄ q̄libꝫ tenetꝰ ſeip̄ꝫ tāq̄
ī riuo purificare ꝛ tāq̄ ī iudicio
examiare et ad penitētiam ꝯdēpna
re· Prie cor·xi· Si noſmetip̄os
dijudicarēmꝰ: nō vtiqꝫ diiudica
remur Sic g° fit ꝙ filij iſrabel·
r̄ligioſi et clerici q̄ dei pris ſpūa
lesꝰ ſunt filij qui in terrā pmiſſio
nis· idest in paradiſum tranſire
volūt et ideo per iordanem r̄li
gionis trāſeunt· ꝛ per ſiccitatem

penitencie· veſtigia ſacerdotū· i·
ſanctoꝝ patrū qui archā fidei ca
tholice detulerūt ſequētes· diuine
ꝓuidencie ſe ↄmittūt Sed ꝑ cer
to iſta eſt veritas ꝙ cū in iſto flu
mine· i· eccīa vel religiōe ſint inꝰ
te aque· i· multe pſone· qꝫ ſicut
dicitˀ apo· xviij· aque multe ſūt
populi multi quidā ſcꝫ ſupioēs
· i· boni et iuſti quidā inferiores
· i· mali· ſic fit· ꝙ ſupiores et iu-
ſti dū ī iſto flumine· in fluxu ſcꝫ
mortalis vite ſtant· in ſeipſis re
trocedūt et manēt et fluxū ma-
loꝝ ſuoꝝ appetituū cohibēt et re
frenāt et ſic in dulcedine deuocō
nis et grē ſemp manēt· ps Jor
danis ↄuerſus eſt retrorſū· In-
feriores vero aque· i· mali ⁊ car
nales religioſi ⁊ clerici nō ſolent
ſtare ſed fluere et fluxui ſuoꝝ de
ſiderioꝝ nō reſiſtere ſed obedire
et ideo ad mare mortuū ideſt ad
amaritudinē peccati ⁊ inferni ſo
lent deſcendē ⁊ ibidē corde ⁊ cor
pe declinaē Eze· xlvij Aque iſte
que egrediūtˀ ad riuulos zabu-
li orientalis et deſcēdūt ad plana
deſerti intrabūt mare ¶ Vel dic ꝙ
iordanis ſignificat fluxibilitatē
huius mortalis vite· vel etiā iſtū
mūdū in q̄ ſūt duo gnā aqꝝ ſcꝫ
ſecularium populoꝝ· quidam vi-
delicet ſupiores boni Alij inferi-
ores carnales ⁊ mali Primi igi
tur ſūt boni actiui qui ſtant ⁊ in
bono pſeuerāt ⁊ grē dulcedinem
in ſe ſeruāt Secūdi ſūt carnales ⁊
mali qui ad mare peccati et tan

dem inferni defluūt et declinant·
Sed pro certo ſacerdotes virtu
te arche federis quā portant· i·
ſancti patres virtute ſancte fidei
et regule quā obſeruāt· necnon
filij iſrahel· i· boni religioſi et cle
rici qui poſt eos ſub eadem ꝓfeſ
ſione pambulāt· inter iſtas du-
as aquas· i· inter bonos et ma-
los ſeculares mirabili diſtinctio
ne p ſiccitatē religionis vel peni
tencie ſeu etiā pauptatis ſiccita-
tem trāſeūt et pedes ſuaꝝ affec-
cōnū in iſto mūdi flumine per a
quā· i· malā ↄplacenciā nō imer
gūt· ſed ad terram ꝓmiſſionis
· i· ad vitā ſpūalem et eternā ſic-
co veſtigio vltra ꝓtendūt Exo·
xiiij· Diuiſa eſt aqua et ingreſſi
ſūt filij p mediū ſicci maris erat
qꝫ aqua quaſi murus a dextriſ ⁊
a ſiniſtris ¶ Vel dic ꝙ iordanis
riuus diem iudicij ſignificat vbi
ꝑ certo archa teſtamēti xp̄c mi
rabilem diuiſionem faciet et di-
ſtincti onem inter aquas ſupio-
res ⁊ inferiores ideſt intꝰ bonos
et malos: qꝫ ſcꝫ alios faciet ſur-
ſū cū angelis in gloria ſtare: ali
os vero faciet in amaritudinē in
ferni deſcendē Et bonos ſeruabit
ne defluāt· malos vero cōpellet
vt corruant Vnde tūc poterit do
minus dicere populo iuſto ⁊ po
pulo peccōri illud deutro· xxviij
Ipſe aſcendet ſup te· et erit ſupe
rior: tu āt aſcēdes et eris inferior
¶ Vel dic ꝙ iordāis ſignificat ba-
ptiſmū p quē ſcꝫ necē hūt trāſiē

qui terrã padiſi cupiũt poſſidere
Sz vere de aq̃s fluis·i·de iſtis q̃
baptizãt̃ i baptiſmi fluie boni ⁊
electi dulcedine grẽ cuſtodiũt·re
probi vero i amaritudinẽ pcti trã
ſeũt· Ita φ illi tamq̃ ſuperiores
ſtant in gr̃a: Mali vero ſicut i-
feriores deſcẽdũt ad maris nau
fragia·hoc ẽ ad mũdi delectabili
a et ad viciorũ flagicia et finali-
ter ad inferni amaritudinem et
ſupplicia Allega vt ſupra ¶ Vel
ſi vis dic φ dum ſacerdotes ·i·
viri eccleſiaſtici et prelati ſub ar
cha teſtamenti xp̃o p deuocioẽz
et oracionem aſſiſtunt · populi
ſubditorũ aquarũ fluxus ⁊ ſecu
li piculum non currẽt Sed dũ
iſti de fluuio exeũt tũc aque iſte
ad curſum communem et ſolitũ
reuertunt̃ q̃ p eorũ peĩtẽtiã ar
cebantur· Multũ eñ pficit pre
ſentia bonorũ in ſtatu piculi Ip
ſorum eñ meritis quãdoq3 pbi
bentur aque temptacionũ et tri
bulacõz q̃ ſi pñtes nõ fuerĩt ſta
tim fluent·

Filij iſrahel trãſacto ior
dane ad terrã pmiſſio-
ois pcedẽtes rubẽ gad
et manaſſes ſic pmiſerãt pceſſe-
rũt·ipĩ vero filij iſrahel xij lapi-
des de medio aluei per xij·viros
ſingulorũ tribuũ ſuſtulerẽt et in
loco caſtrorum depoſuerẽt et ibi in
ſignũ ſiccati iordanis et fc̃i mira
culi cõſtituerẽt·et alios xij·lapi-
des loco iſtorũ in loco vbi ſacer
dotes cũ archa ſteterant trãſeũ-
te populo ad ppetuã rei mẽoriã
poſuerũt Tãdẽ vero ſic h̃ dicit̃
capitulo ſequenti lapideis cul-
tris ĉircũciſi fuerũt et paſcha cele
brauerũt Omẽs eñ q̃ in deſerto
nati fuerãt incĩrcũciſi erãt· et ppt
hoc ante terre pmiſſionis obtẽ
tum et poſt iordanis trãſitum a
ioſue circũciſi fuerẽt ¶ Iſta ponũ
t̃ a ſcĩs doctoribꝫ allegorice ſic·
Rubẽ q̃ ĩterp̃tat̃ vidẽs filium·
Gad q̃ interp̃tat̃ accĩct9· Ma
naſſes q̃ interp̃tat̃ obliuio ſigt̃
prẽs ſcõs noui teſtamẽti et vete-
ris q̃ ſcz viderẽt filiũ dei p fidẽ et
ↄtẽplationẽ·accĩcti fuerẽt p obe-
dientiã et boĩ opis execucioẽz ·ob
liti ſcz mũdi p tpaliũ ↄtẽptũ ⁊ ab
dicacõez Ps̃ Obliuiſcẽ populũ
tuũ et domũ patris tui· Iſti ſũt
igit̃ qui armati virtutibus fili-
os iſrahel ideſt fideles xp̃ianos
ad terrã pmiſſionis ideſt ad celi
gloriã pceſſerẽt et viã ſalutis ali
is oñderẽt Vñ iſti ſũt qui dixerẽt
Nũi xxxij· Nos eciã armati et
accincti pgemus ad bellũ ãte fi
lios iſrahel donec ĩtroducamus
eos in loca ſua· Duodecim viri
ſignificãt duodecim apoſtolos
xij · vero lapides ſignt̃ duodecĩ
fidei articulos de alueo ſacre ſcp
ture aſſũptos q2 ꝓ tãto lapides
dicũt̃ q2 ex ipĩs tota fidei machi
na fabricat̃ et ſup ipĩs ſtructura
v̂tutũ oim tq̃ ſup fũdamẽta ſoli
da ſituat̃ Vñ iſta ẽ ciuitas q̃ hẽbat
xij·portas q̃ cõſtabãt ex duode
cim lapidibꝫ p̃ciosis ⁊ nomina

duodecī apoſtoloꝝ in eis ſcripta
erāt vt dicit͛ apo·xxi·lapides a-
lij xij·loco iſtoꝝ in fluuio repo-
ſiti ſignt doctoꝝ fideliū expoſicō
nes et libros ſacreſcripture flu-
uio fidei additos et adiūctos Di
co igit͛ ꝙ trāſacto iordane·i·rece
pto baptiſmo ſi terrā promiſſio
nis·i·pādiſū acquirē volum⁹ ne
ceſſe eſt ꝙ ruben gad et manaſ-
ſen ideſt prēs ſanctos et bonos
ꝑlatos ꝑdeceſſores habeamus
et ꝙ eorū exempla vitā et veſti-
gia retineamus·necnō ꝙ xij·la-
pides·i·duodecim fidi articulos
quos ſcȝ duodecim viri·i·duo-
decī apoſtoli d͛ ſcripturaꝝ alueo
extraxerūt fide ⁊ ope aſſumam⁹
et ꝙ noſipſos cultris lapideis·i·
duris penitencie opib⁹ a viciis
circūcidam⁹·et optet ꝙ paſcha
eucariſtie·i·corpis xp̄i aſſum-
pcionem loco et tpe celebrem⁹·
Sic eñ terram iſtam obtinē po-
terim⁹·et a ioſue ideſt a ihu ſal
uatorē poſſeſſionē celeſtis glorie
capere Deutro·iiij Iordanē vos
trāſibitis: et poſſidebitis terrā e-
gregiā ¶ Vel dic moraliter ꝙ ad
hoc ꝙ homo ad terrā ꝓmiſſiōis
·i·ad vitā ſpūalem trāſacto ior-
dane·i·ꝯtēpto ſeculo perueniat·
neceſſe ē ꝙ xij·articulos fidei cre
dat et ꝙ p ꝯtinenciā·carnē ſuā
circūcidat·et paſcha·i·ſacramēta
altaris celebret et aſſumat

DE populo quomō vbi d͛
fructib⁹ terre comederīt
māna eiſdem defecit ⁊c̄

vide ſup̄ exodi xvi·vbi expoſui
Et qd͛ hic agit͛ de celebracōe pa
ſche vide ſupra nūi ix·vbi de q̄-
druplici paſcha inuenies ¶ Hic
habes ꝙ cū ioſue vidiſſ& angelū
euaginato gladio ipſū eſſe āge-
lum nō recognouit ſtatim·ymo
an noſter an aduerſarioꝝ eſſ& ꝑ
mitus inquiſiuit Qui ſtatim ſe eē
ꝑncipem exercitus dn̄i aſſeruit
et calciamenta de pedibus ſolui
iuſſit dicens·Solue inquit calci
amenta de pedib⁹ tuis·locus in
quo ſtas ſcūs eſt Sic vere q̄ndo
aliquis angel⁹·i·aliqua affectio
cogitacio vel inſpiracio nobis de
nouo apparet nō ſtatim debem⁹
ſibi credere nec ipſam recipe ſed
pocius ipſam debemus examīa
re et diſcutere·ne forte angelus
ſathan in angelū lucis·i·ne for
te mala ymaginacio in bonā ſe
ſtuduit trāſformarē Sibi igit͛ di
cendū eſt an noſter es an aduer
ſarioꝝ ⁊c̄ Et ſi nobis innotueit
ꝙ angelus dn̄i fuerit et ſcā cogi
tacio vel ſanctū ꝓpoſitū: ſic ſta-
tim debemus eis obedire et calci
amenta vicioꝝ et carnaliū affe-
ctionū a pedib⁹ abdicare·Vnde
dicit͛ iohānis q̄rto·Nolite cre-
dere omni ſpiritui: ſed probate
ſpūs an ex deo ſint ¶ Vel dic ꝙ
angelus eſt noſter amicus q̄ ꝓ
certo ſtatim nō eſt ad amiciciam
recipiendus ſed ante omnia ex-
aminandus et probandꝰ·et ne
forte aduerſarius ſub amici ſpe
cie recipiat͛·āte oīa ē ꝑſcrutād⁹

Eccleſiaſtici ſexto· Si habes ami
cum in temptacione poſſide eū
et non facile credas teipſum ſi
bi Hic vbi dicit᷑ ꝙ cum guſtaſ
ſent filij iſrabel de fructibꝰ terre
mãna defecit· inueni notatū per
magiſtrū ſtephanū de longoto
ne ꝙ filij iſrabel triplici cibo vſi
ſunt ſcʒ farina conſperſa in exi
tu de egipto· exo· xij Itē mãna
de celo deſcendēte de quo dicitur
exodi· xvi· et numeri· xij· Item
de fructibꝰ terre ꝑmiſſionis in
deſerti termino· de quo h̃ ¶ Sic
vere hoīs generaliter vtūt᷑ triplici
cibo ſciē· et p̄o farina ſublata de
egipto· hoc ē ſcia phica q̃ ab ip
ſis egipcijs· i· ab ipſis paganis
phīs eſt invēta· ⁊ de egipto· i· de
mundo ad nos trãſlata Mãna
in deſerto hoc ē ſcīa theologica
que de celo fuit deriuata et inſpi
rata· Item fruū terre ꝑmiſſiōis
hoc ē ſcīa beatifica· que ſcʒ habe
tur in terra ꝑmiſſionis ideſt in
padiſo Iſti ergo ſūt tres panes
de quibꝰ dicere poſſumꝰ amico
nrō xp̄o illd̉ luce· xi· Amice ac
cōmoda m̄ tres panes Mãna
enī ꝑut ait ꝓprie ſacrã ſcripturã
ſignt qꝛ ſic ille cibꝰ oēʒ ſaporem
hēbat vt d̉ ſapiē xvi· ſic ſcrip
tura oēm v̉tutē cōtra peccatū cō
tinet atqʒ ſeruat· Vn̄ ſi auarꝰ es
lege ibi De ſubſtãcia tua da pau
peribꝰ· ꝓu· iij· Si luxurioſus·
lege ibi Sit lūbi vrī p̄cincti lu
ce· xij· Si iracūdꝰ es lege ibi De
ſine ab ira: et dīte furorē· ī pš°

Si mēdax: lege ibi Noli menti
ri oē m̄dacium: Ecci· ſeptio Si ſu
pbꝰ: lege ibi Quanto maior es
humilia te in omibus· Eccāſtici
tercio Et ſic de alijs· quia breui
ter illud manna in omnē ſaporē
vertitur inquantū in ipſa contra
omnia peccata r̄medium inueni
tur Sapiencie ſeptimo· Habēs
omnem virtutem et omnia pro
ſpiciēs ¶ Vel dic ꝙ iſti tres cibi
ſignt penitentiam graciã et glo
riam· Peñtētia enim ē ſic faria
q̃ aqua lacmaꝝ aſpergit᷑ qn̄ p̄
mū de egipto· i· de pcc̄o exit᷑ pš
Fuert m̄ lacme mee paēs die ac
nocte Gratia v̉o ē mãna q̃ de ce
lo mittit᷑ dn̄ī ī h̄ deſ̄to viuimꝰ·
Sapiē xvi Paēʒ de celo p̄ſtitiſti
eis· ⁊c̄· Gloria v̉o ē fcāis t̄re q̃ī
t̄ra ꝑmiſſiōis· i· ī padiſo guſta
t᷑ et cōedit᷑ de q̃ lu· xiiij· Btūs q̃
mãducat panē ī r̄gno celorum·

Dominus volēs ciuitatē
iheico deſtruē precepit
ioſue ꝙ archa dn̄ī tollē
r᷑· ſacdotibusqʒ eã portãtibꝰ ci
uitas ſeptē diebus ⁊ voce ſbmiſ
ſa et tacite a ꝑplō circuiret᷑ In die
v̉o vij· cītatē vij vicibꝰ circuirēt·
⁊ vij tubꝭ fortit̄ clãgent ⁊ alta vo
ce oēs pit̄ vlularēt Et ꝑmiſit ꝙ
ſic muri iheico fūditꝰ corruēnt
⁊ cītatē delerēt· ⁊ ip̄aʒ igne cōbu
rerent et ī cinerē cōmutarēt Pre
cepit eciam dominus ꝙ nullus
aliquid de bonis ciuitatis ſibi ac
ciperet· ſed pocius omnia ana
thematizaret et r̄ſpuēt· h̄ aurū

et argentū et es illius ciuitatis i
theſauros dn̄i cōſecraret: que tn̄
prius igne detergeret et purga-
ret. Mandauit etiam ꝙ illa ci-
uitas amplius non reedificare-
tur. atqꝫ maledictionē ſubiūgēs
nūciauit ꝙ ſi quis eā reedificare
p̄ſumeret in p̄mogenito ſuo fū-
damenta eius iaceret et in nouiſ
ſimo liberoꝝ porte ipſius ꝯple
rent᷑ Qđ ad lrām factū eſt. quia
dū ahiel ciuitatē iſtam reedifica
uit fundamentū eius ponendo.
primogenitū ſuū ꝑdidit: et dū
valuā in portis poneret nouiſſi
mū liberoꝝ amiſit ſicut dicit᷑ iij
regū vi. ¶ Moraliter iericho q̄
interp̄tat᷑ luna ſignificat illam
dyaboli ciuitatē et ipſius habi-
taculū ſpūale qđ ſibi ꝯſtruit᷑ in
ꝯſciencia peccatoꝝ. Hoc eſt daū
ꝯgeriē vicioꝝ in qua ſcꝫ dyabo-
lus ponit vicia ſicut ciues ponit
malas excuſacōes ſicut muros
Ponit malos appetitus ſenſuū
ſicut portas que ſcꝫ ꝓprie iheri
co dicit᷑ eo ꝙ ad modū lune ecli
pſim et defectū luminis ḡcie ſepe
patit᷑: et eo ꝙ ꝑ ignoranciā mul
tociēs obſcurat᷑. Eze. xxiiij. Ve
ciuitati ſanguinū olle. cui⁹ rubi-
go in ea. Iſta eſt igit᷑ nephāda
ciuitas quā dn̄s mādat oīno de
ſtrui. et quā nō vult ꝑpetuo ree-
dificari. Et ideo ante omnia ne-
ceſſe eſt ſi ipſam volum⁹ deſtru
ere ꝙ eam ꝑ ſeptem dies circue-
amus. i. ꝙ ꝑ iordanē ſeptē mor
taliū peccatoꝝ ipſam cōſciencie

vel anime ciuitatē cōſiderādo ſe-
crete videam⁹: et ꝙ in iſto circu
itu noſtro archam dn̄i ideſt cari
tatē vel graciā vel etiā ſpem venie
deferamus. Yſaie xxiij. Surge
circui ciuitatē meretrix obliuio-
ni tradita. Qđ cū factū fuerit ne
ceſſe eſt vt ſeptemplici tuba id ē
ſeptemplici gemitu ꝓ ipſis ſep-
tē mortalib⁹ peccatis pſonem⁹
et ꝙ tandē ꝑ ꝯfeſſionē vocaliter
vlulem⁹: et ꝙ tandē muris id ē
omnib⁹ excuſacionib⁹ viciorꝫ
corruentib⁹ et ceſſantib⁹ ipſam
ciuitatē impie volūtatis ꝑ ſatiſfa
ctionē penitus deſtruam⁹. et ig-
ne penitencie ꝯburamus et in ci
nerib⁹ redigamus. i. ꝙ nos ꝯū
tendos in cinerē cogitemus Iob
xlij. Ipſe me repr̄hēdo et ago pe
nitenciam in fauilla et cinē. Et
ꝙ etiā ꝑ r̄cidiuū peccati ipāꝫ nū
ꝙ̄ amplius reparemus. Qui ei
iſtam ciuitatē ideſt ipſam vicioꝝ
ꝯgeriē in ſeipſo recidiuando re-
ꝑat. graue ſallariū inde repor-
tat ꝙ videlicꝫ p̄mogenitū ſuū. i.
corpus et vltimogenitū ſcꝫ ſpm̄
dampnat. Yſaie xv. Nō ſit vl-
tra ciuitas et in eternū nō reedifi
cet᷑ ¶ Vel dic ꝙ primogenitus
eſt gracia baptiſmalis vltimoge
nitus ē vltimū remediū. i. peni
tencia vtrūqꝫ igit᷑ homo perdit
dū ciuitatem iherico. i. viciorū
ꝯgeriē reedificarē intendit ¶ Vel
dic. ꝙ illius ciuitatis dyabolice
ſcꝫ ꝯgeries vicioꝝ vel cōuerſacio
nis mūdane fundamētū ē mala

intenció vel mali operis incepti
o Edificacio vero portarum eſt
opis conſummacio Cum igitur
homo habeat duos liberos ſciʒ
gratiam primogenitum · et peni
tentiam vltimum conſtat ꝙ gra
tia amittit̄ quando ciuitas dya-
boli ·i· congeries viciorum ma-
pit̄ vltimogenitus vero ·i· peni
tentia tunc moritur quād̄o cum
obſtinacōe vicia cōſumūtur
Vel dic allegorice ꝙ iericō eſt
mūdus qui fluit et refluit ſic lu-
na Iſtū igit̄ voluit dominus q̄
tum ad malas ſuas cōdiciones
deſtruē: et iō ꝓplūm cū archa ·i·
ſubditoꝝ ⁊ p̄latos precepit ꝑ cō
ſideracionem circa ciuitatem iſtā
et malas condiciones ipſius cir
cuire Cā · tercio Surgā et circui
bo c̄itatem Et tubicines ecīā ·i·
p̄dicatores et ſanctos ordīauit
contra eam proclamare · quorū
clamor oracio et predicacio mu
ros ·i· philoſophos et mūdi de
fenſores facit quādoqʒ corruere
et eos cōuertendo cadere Et ſic
facimus populos ſubditorum
ↄtra c̄itatē iſtā ·i· ↄtramūdū et m̄
di vicia ꝑualē Iſta iꝰ ē c̄itas c⁹
bona nō ſūt cōcupiſcenda: nec
a filijs iſrahel ideſt a viriꝰ eccle
ſiaſticis et xp̄ianis affectanda ·
ſʒ pocius anathematizāda et de-
teſtāda: nec eciam ipſa ciuitas ·
ideſt ipſa mundana vita cū de-
ſtructa eſt amplius reparanda
ps̄ Deſtrues illos et non edifi
cab eos Qui ei c̄itatē ierico ·i·

ſeculare cultū i ecc̄ia rēdificat p̄
mogeitū ſcʒ naturā et nouiſſim̄
liberoꝝ ſuoꝝ ·i· grām ꝑdit ſp̄ua-
lit̄ et necat Adūte tn̄ ꝙ auꝝ et
argētū · ferrū et es · q̄ iventa ſūt
i c̄itate nō ſūt rēpudiata ſʒ i the-
ſauris dn̄i ↄſec̄ta · qꝛ ſcʒ aurum
phīce ſapīe · argētū eloqn̄tie fer
rū et es c̄ilis ſeu terrene ſcie nō
ex toto rēpudiāt̄ Dextn̄ i theſau
ro dn̄i ↄſec̄ri iubēt̄ qd̄ fit qn̄ iſte
ſcīe ad dei laudē et glāʒ ordināt̄
et ad rēgimē ecc̄e vel ad aīaꝝ ſa
lutē ſp̄ualiter rēducūt̄ ⁊ qn̄ a va-
tate ⁊ īani gloria q̄ tlibꝫ ānexa ē
igne ſp̄ūſſc̄i expiāt̄ Ecc̄i xxviij
Argētū et auꝝ tuū ↄfla De ra
ab aūt libēata vide ſ̄ ca · ij Vel
dic ꝙ c̄itas huiꝰ mūdi totaliter
corruʒ qn̄ i vij die ·i· i vij · etate
tubaꝝ āgelicaꝝ ſoīt⁹ iualeſcit
Vel dic ꝙ dū tuba p̄dicacōiꝰ ſep
tēplicis ·i· cōtra vij · vicia audit̄
tc̄ iericō ·i· pcc̄ōꝛ ↄcutit̄ muri ex
cuſacōis ſuoꝝ viciorū ſoluūt̄ et
ſic filie iſrahel ·i· hoīe affcōes ⁊ v̄
tutes īgrediūt̄ et auꝝ ⁊ argētū ·
·i· ipīꝰ pcc̄ōis ſapīa et eloquēti
a dn̄o ↄſecr̄nt̄ ⁊ ad laudē fidei or
dīāt̄ ſic apparuit ď dioīſio ⁊ alijꝰ
phiꝰ ↄūſ q̄ꝝ ſapīa ⁊ eloquētia ꝑ
ficit xp̄iaꝰ iō de tlī tuba ⁊ taliū
ↄūſiōe p̄a ad coꝝ xv · dicit̄ Ca-
nʒ eīm tuba: ⁊ mortui reſurgent
incorrupti

Qum dn̄s p̄cepiſſʒ ꝙ null⁹
de bōis iericō āq̄d capʒ ſʒ
potius omnia tamq̄m anathe-
matizata et execrata refutaret ·

achoꝛ quidã de filijs iſrł̄ cupidi
tate duc⁹ regulã aureã et pal
liũ coccineũ retinuit ⁊ abſcondit
ꝓpter qđ peccatũ ꝑplũs iſrł̄ cō
tra hay pugnaturus ſuccubuit
et fugiēs retro ceſſit· qua ꝓpter
idē achoꝛ cũ ſoꝛtibꝫ dep̄hensus
fuiſſet ex dei mãdato lapidatus
fuit· bō vero ei⁹ oīa vorax flãma
ↄſumpſit· Sic cũ dñs filijs iſrł̄
·i·religioſis et ecc̄laſticis ꝓhibu
erit ne bona iericho·i·mũdi di
uicias et vicia cō cupiſcant ſ; po
cius ꝙ ipſa tanq̄ interdicta re
pudiēt et ↄtempnãt ſemꝑ eſt ibi
achoꝛ qui interp̄tat̄ cōuerſio·i·
ſemꝑ ſũt ibi aliqui impij et ꝑuſi
qui ſcꝫ auream regulã ·i· mũdi
diuicias et poſſeſſionē ꝑ auarici
am furant̄ et palliũ mũdane cō
uerſacionis ꝑ luxuriã aſſequũt̄
ſicut ad lrãm patet de ꝓprieta-
rijs religioſis et luxurioſis qui
ſcꝫ auariciã et luxuriã ſuã abſcō
dere conant̄ cũ tamē dicat ſcrip-
tura ꝓu·xxviij· Qui abſcondit
ſcelera ſua nō diriget̄ ī terra· Se
pe igit̄ fit ꝙ ꝓpter peccatũ ta-
liũ qui hodie cōtra mandatũ do
mini mũdi bona et vicia retinēt
et auaricie et luxurie ſtudēt oēs
filij iſrahel·i·oēs ecc̄laſtici mul-
ta dampna ſuſtinēt Et viri hay
·i· ſeculares cōtra eos p̄ualēt·q̄
ꝓpter pro certo iſti in valle īfer-
ni lapidari merent̄ et oīa bona
eoꝝ ideſt coꝛpus et anime igne
ꝑpetuo cōdempnãt̄ ecc̃·vij· Vin
dicta carnis īpij ignis et vermis

Vel dic ꝙ achoꝛ qui interp̄ta
tur temptacō eſt ſimoniacus cle
ricus vel religioſus· ſicut dꝛ ꝓu·
xv· Cōturbat domũ ſuã qui ſe-
ctat̄ auariciã· Jſte em̄ q̄nqꝫ fura
tur et ſimoniace et occulte acqui
rit regulã auream· ideſt aliquã
diuitē abbaciã r̄gularē ⁊ palliũ
coccineũ ideſt aliquã dignitatē
ep̄alem archiep̄alem vel ecc̄am
ꝓ qua tñ poſt moꝛtē in valle in
ferni merito lapidet̄ Vel ſi vi̇̄
allega illud· ꝙ peccatũ vni⁹ eſt
q̄nqꝫ ruina multoꝝ qꝛ ſcꝫ prop
ter peccatũ achoꝛ multi de filijs
iſrahel ceciderũt

Joſue volens ſuparare regē ciuitatis
hay et capere ciuitatē poſuit cer
tos milites in inſidijs et aggreſ
ſus eſt ciuitatē Cũ aũt rex cũ ex
ercitu ſuo ſibi obuiã occurriſſet
diſſimulauit ſe fugē ⁊ ſic ipſũ re
gē cũ populo ſuo longe ab vrbe
diſtraxit· tandē vero clipeũ eri-
gens ſignũ inſidijs fecit quibus
ciuitatem intrãtibꝫ et ſe inter re-
gē et ciuitatem ponētibꝫ ipſũ cũ
ſuo populo trucidauerũt· Hoc
inueni allegorice ſic expoſitũ Jo
ſue qui interp̄tat̄ ſaluatoꝛ id ē
xp̄c a ꝑ̇ncipio regem hay·i·ꝑ̇n
cipem mũdi dyabolũ debellare
propoſuit ⁊ a ꝑ̇ncipio ↄtra eum
milites in inſidijs latentes po-
ſuit·i·prophẽas cũ ſuis occultis
enigmatibꝫ oꝛdinauit·tandē v̇o
carnē aſſumēdo ſe īfirmũ ⁊ fugiti
uũ diſſikauit ⁊ ſe ab iſto r̄ge dia
bolo ⁊ m̄bris̄ e⁹ īvadi ⁊ crucifigi

ꝑmiſit ꝫ tādē p reſurrectionē re-
uertens et fidei ſcutum erigens
ſuis fidelibꝫ ſignū fecit· et ſic de
iſto rege dyabolo triūphauit ⁊
ciuitatem ſuam ſcꝫ gentilitatem
igne caritatis ſuccendit ⁊ ipſam
p fidē ſpūaliter occupauit Vel
dic ꝙ iſte rex ſigt mūdi tirānos
qui nūc contra ioſue id eſt cōtra
xp̄m et bonorū exercitū audac
ter ꝓgrediunt quos xp̄s nunc
fugere et peccata eorū diſſimu-
lare videtur· et ipſe eciam fideli
ū et bonoꝝ exercitus tūc ab eis
ſuperatur Sed ꝓ certo iſti non
aduertūt de cauda ·ideſt nō co-
gitāt de īſidijs que latitāt pꝰ ſe
ſcꝫ de morte·iudicō vel īferno q̄
a ſcꝫ finaliter io ſue id ē xp̄s ſcu
tū potentie ſue contra eos erigit
et dictas inſidias que prius la-
tuerūt in publicū venire facit ⁊
ipſe magno īpetu contra eos ꝓ
ſiliens tpaliter et eternaliter e-
os punit et eorū ciuitatem ſta-
tū et magnificētiā deſtruit ⁊ cō-
fūdit Vnde dominus contra ta-
les videtur dicere illd̓ pſa·q̄dra-
geſimovij Silui patiens fui: q̄
ſi parturies loquar diſſipabo et
abſorbebo ſimul Joſue edifica
uit altare domino de lapidibus
īpolitis·quos ferrū nō tetigit· e
ciam ſuper illd̓ deutronomiū le
gis ſcripſit ⁊ ſuper illd̓ holocau
ſta et pacifica ymmolauit et ad
benedicendū legiſſactoribus et
maledicendū legis trangreſſori-
bꝫ tribus nobiles et ignobiles
ſup montes ebal et garizim al-
trinſecus ordinauit ꝫ omīs iſta
iā ſupiꝰ ſunt moralizata ſcꝫ exo·
xix·de altari faciēdo de lapidibꝫ
impolitis et deu·xxviij· de bene-
dictionibus et maledictionibꝰ
ꝛc·Hoc ſolum adde h ꝙ altare
iſtd̓ ꝯtinebat duo ſcilꝫ ſcripturā
interiꝰ ſculptā et ſacrificia exteriꝰ
oblata·ſigns ꝙ p̄latus vel eccle
ſiaſticus qui p altare intelligit
debet habere interius ſcripturā
deutro·p̄mo·ideſt diuine legis
ſcientiā ⁊ noticiam: exterius vo
debet habere ſacrificia·idē bono
rū opm opulētiā Eze ij· Erat lib
ſcriptus intus et foris ꝛc

Gabaonite audiētes q̄-
mō ioſue duas cītates
deſtruxerat · et ꝙ ex dei
mādato nulli pſoē vel ſexui pce
bat·et ꝙ ipſi erāt de populo quē
dominꝰ occidi mādauerat· cogita
uerūt quō callide cōfederarēt ſe ſi-
bi · Acceperūt igitur vtēs vetēs et
pānis veteribꝰ ⁊ āticqs calciamē
tis ſe īduerūt paēꝫ ꝯminutū et ſic
cū ī ſuis ciſtarcijs habuerūt et ſic
de t̄ra lōginq̄ ſe veniſſe paceq3 cū
ipis q̄rē ex hijs p̄ſūptioībꝫ ꝯfin
xerūt Qua ꝓpē pactū cū eis de ipſ
nō occidēdis ioſue ⁊ filij iſrahel
fecerūt ⁊ iurauerūt· Dextrū cautela
ꝯgnita de pacto et iuānito peitu
erūt q̄ ꝓpter nō ipos ſocios ꝫ ſer
uos brē voluerūt ⁊ ad cedēda lig
ꝓ ſacrificijs necnō ⁊ ad aquā por
tād̓ ipos ꝑpetue ordinauerūt et
eos nathinneos appellauerunt

et ſic ſub iugo ſuo viuē p̄miſerīt
Iſti gabaonite ſignificāt ypocri
tas qui reuera ſūt de illis q̄ a do-
mino exterminari mandāt᷑ et q̄
cū filijs iſrabel ideſt cū bonis in
ecc̄ia vel padiſo pacē brē et bere
ditatē vetant᷑ · et qui a ioſue · i · a
bono p̄lato recipi vel diligi pro
bibent᷑ Job xvij · Innocēs cōtra
ypocritā ſuſcitabit᷑ Sʒ q̄d᷑ Pro
certo iſti inuenīūt modū mirabi
lem ſe cū ioſue · i · cū p̄latis et fili
is iſrabel id ē cū viris iuſtis ꝯſe
derandi Vadūt enī ad eos adulā
do dicentes · de terra longinqua
venim⁹ ſerui tui pacē vobiſcū fa-
cientes ⁊ facere cupientes · aſſu
mūt enī veſtes veteres · i · p̄tēdūt
humilitatē in ꝯuerſacōe · calcia-
menta antiqua · i · p̄tendūt matu
ritatem in pedib⁹ · i · in interi ori
affectione · panes ſiccos · i · p̄ten-
dūt abſtinenciā in cibo et in refe
ctiōe · vtres veteres · i · p̄tendūt
prudenciā · i · ſcienciaꝝ exubera-
cionē · quib⁹ factis ita fit ꝙ in io
ſue et alioꝝ ideſt p̄lati et maioꝝ
amiciciā recipiūt᷑ et ꝙ a pumicō
ne liberi efficiūt᷑ dū boni ab om
nib⁹ exiſtimant᷑ · p tales enī fi-
cticias · i · diſſimulacōes acquirīt
ſibi amicicias p̄ncipū et populo
rū · et ideo bene dicūt᷑ gabaonite
que interp̄tant᷑ valles meſticie
ꝓ eo ſcʒ qꝫ iſti meſtos ⁊ ꝯtritos
ſe fingūt ⁊ qꝫ valles · i · hūiles ſe
p̄tendūt · Verūtn̄ ioſue · i · bonus
p̄latus qn̄ ipſos · i · fictiones eoꝝ
dep̄bendit debet ipſos ad ſeruiē

dū alijs ꝯdempnare et ne ſint a
lioꝝ ſocij ſeu ne hēditatē bonoꝝ
ecc̄iaſticoꝝ cū filijs pcipiāt p̄ſer
uare vt et ſic qui dn̄ari alijs me
diante ypocriſi querūt cogant᷑
alijs ſubiacere Job xv · Spes y
pocrite pibit ⁊c̄ ·

Gabaonite filijs iſrabel
cōfederati et tabernaculi
vſib⁹ deputati et a mor-
te preſuati fuerūt ꝓpter qd̄ q̄n
qꝫ reges gentiles ꝯtra eos ſurrex
erunt et eos deſtruē et debellare
cū ſuis exercitib⁹ tēptauerīt Qd̄
timētes gabaonite auxiliū a io
ſue et a filijs iſrl̄ inuocāt qui ſta
tim accurrētes adūſarios exter-
mināt et ipſos q̄nqꝫ reges ī ſpe
lūca occultari ꝯpellūt vbi cū ſax
is ingētib⁹ ad os ſpelūce deuolu
tis ipſos vt nō exeant includen
tes mane in patibulis ſuſpen-
dūt · et ſic gabaonitas liberāt et
defendūt Verūtn̄ h̄ accidit valde
mirabile · qꝫ ſcʒ dū filij iſrl̄ ī p̄lio
ꝯtra r̄ges eēnt ⁊ ſol ad occaſū ap
ꝓpinq̄ret ꝓpt̄ qd̄ ne nocte ſup
ueniēte hoſtes euaderēt ioſue du
bitaēt rogauit dn̄m ne ſol ad oc
caſū trāſiēt · ſol inq̄t ꝯtra gabaō
ne mouearis et luna cōtra vallē
haalon · qd̄ et factū ē qꝫ ſcʒ ſol ⁊
luna in locis ſuis ī celi medio p
vni⁹ diei ſpaciū ſteterūt et ſic o-
bediēte deo voci hoīs vindicādi
in hoſtes ſpaciū habuerūt q̄ ꝓp
ter diei lūme ꝓlōgato hoſtes to
taliter deſtruxerūt Dn̄s etiā lapi
dib⁹ grādinis multos hoſtiū int̄

fecit et ſic nō ſolū lum̄ ſuis fideli
bus p̄buit ꝗ̄ eciā ipos iuuit mi-
rabiliter et eciam ꝓtexit. ¶ Dic
ꝙ iſti gabaonite q̄ interpretāt
valles meſticie ſign̄t penitentes
qui ſcꝫ debent eſſe valles idē hu
miles atqꝫ depreſſi necnon con
triti flebiles atqꝫ meſti. q̄a reue
ra vbi iſti de nouo cōfederantur
cū ioſue et cum filijs iſrabel id ē
cum criſto et angelis. ſtatim aſ-
ſunt quinqꝫ reges gētiles .i. q̄n
qꝫ corporis ſenſus. qui cum ex-
ercitibꝫ diuerſorum malorum
appetituū ipſos debellare nitū-
tur. Quod videtes iſti ſtatim de
bent ad ioſue ⁊ ad filios iſrahel
.i. ad xp̄m et ad ſcōs per oracio
nem recurrere ⁊ eorū auxilium
implorare. Qui reuera ſtatim
aderunt et venient. et iſtos quiqꝫ
reges .i. q̄nqꝫ corpm appetitus i
ſpelūca humilitatis et ꝓp̄e cōſide
racōis icludēt. et os ſpelunce .i.
cor cū ſaxis .i. cū ꝯſideracōe diue
dei ſententie et iuſticie obſtruēt
et tādē eos p ꝯtēplacōez ſuſpen
dēt et ſolē dīne grē et lunā dīne
mīe ꝯtinue aſtare faciēt. ⁊ ſic ex
citibꝫ viciorꝫ et tēptacōꝫ deuictis
gabaonitis .i. ipſis penitētibus
pacē reddēt. Bonū ē igit̄ a ioſue
q̄ iterpretat̄ ſaluator idē a xp̄o
ſaluatore noſtro ⁊ a filijs iſrahel
ideſt a ſcis auxiliū petē. qꝛ re
ra alias nō poſſumꝰ ab hoſtibꝫ
ſpūalibꝫ ſalui eē. Prouer. xviij
Turris fortiſſima nomē domi-
ni: et ad eā fugiet iuſtus et ſal-
uabit. Vel dic ꝙ ioſue q̄ pugn̄t
ꝯtra chananeos ē vir iuſtꝰ qui
pugn̄t ꝯtra vicia ⁊ ꝯtra malignos
ſpūs. q̄ rueā ſūme dꝫ cuāē ꝙ ſol
et lūa .i. xp̄c et btā virgo ſibi ve
lit aſtare. et ſue grē lumē ſibi mi
miſtrare. vt ſic poſſit quiqꝫ reges
.i. q̄nqꝫ ſenſuū ꝯcupiſcētiā cū ex
citu viciorū ⁊ demonū ſupare. ne
forte ſi nox pcā ſupuēerit et lux
grē defecerit. nō poſſit cōtra eos
p̄ualē. Iſti igitur inuocāti et deuo
te exorati ſtatī vocī hominꝰ obe
diūt et ad occaſū ꝓcedē renuen
tes ſibi aſtāt benigniter et inten-
dunt. et lumē ſue grē ſibi nō de-
negāt ꝗ̄ ipēdūt. et ſic iſtis ſtāti-
bꝫ et aſtātibꝫ iſti hoſtes ſcꝫ tēp
tacōes vicia et mūdꝰ caro ⁊ demo
nia neceſſario peūt et ſucūbūt et
maxie qn̄ lapides de celo mittū-
t̄ .i. qn̄ ſpecialia adiutoria a deo
veniunt et deſcēdūt Abbacuc iij.
Sol ⁊ luna ſteterūt i habitaculo
ſuo. i luce ſagittarꝫ tuarū ibunt
i ſplēdore fulgurātis haſte tue.
¶ Vel dic ꝙ ioſue eſt predica-
tor qui tunc contra hoſtes pug
nat quando contra eos predicat
ſed quia noctem ignorantie et
culpe ſumme debet timere et i-
deo ſolem et lunam id eſt criſtū
⁊ beatam virginem mariam de
bet ante omnia exorare. vt ſibi
velint aſtaē et vt illa duo q̄ p̄di
catori ſūt neceſſaria ſcilꝫ lucem
ſcientie et ſolem gratie velint ip-
ſe ſol intelligentie criſtus et ip-
ſa lūa roriflue miſericordie btā

v̓go ſibi benigniter miſtraē Geñ
xxxvij· Videbā ſolē ⁊ lunā ⁊ ſtel
las adorare et iuuare me ⁊c̄ ¶
Joſue ſimili fortuna vigintiqua
tuor reges ꝯtra ipſū ꝯgregatos
in ꝑliū cū eoꝝ exercitibꝰ interfe
cit et terras eoꝝ obtinuit et poſ-
ſedit Et dicit̃ ibidē ꝙ dn̄i ſenten
cia fuerat· vt indurarēt̃ corda eo
rū et pugnarēt et caderent· et n̄
mererēt̃ vllā clemenciā accipere
Illud ꝑt allegari quō occulta
dei ꝓuidencia opat̃ in rebꝰ · et
quō corda hoīm interius ab ip-
ſo mouent̃ · et ſm̄ ſua demerita
⁊ infortunia deducūt̃ ·vt ſic ſm̄
ſua demerita puniāt̃ Meruerāt
eñ iſti cum eſſent peſſimi inter-
fici· et ideo cum iuſtū ſit veniam
petentibꝰ indulgē· iuſto dei iu-
dicio et occulto factū ē· ꝙ dū iſti
de viribꝰ et multitudine ꝑſume-
rēt ꝙ cōtra iſrahel dimicātes ip-
ſorū gladijs interirēt· vt ſic mi-
ſericordiā quā nō queſierāt nul-
latenus inuenirēt Forte timore
ducti veniā petiuiſſent niſi iuſto
dei iudicio indurati fuiſſent Iſta
eñ cōtinue ꝓpendimꝰ qn̄ hoīem
obſtinatū et induratū ad damp
nū ſuū currere cernimꝰ qđ pro-
culdubio ab occulta dei iuſticia
fieri nullatenus dubitamꝰ Exo·
viij· Indurauit dn̄s cor pharao
nis· et nō dimiſit ꝑplm̄ ⁊c̄·
Joſue terrā acquiſitam filijs iſra
hel diſtribuit ⁊ in omnibꝰ tribu
bꝰ iſrahel vrbes leuitis aſſigna-
uit· ſicut dicit̃ ioſue xxi· Poſtꝙ̄
vero omnia diſpenſaſſet vltimo
poſſeſſionē ſibi elegit ¶ Sic v̓e
bonus prelatus vel diſpenſator
debet bona ſibi ꝯmiſſa bonis ꝑ-
ſonis ſingulis ſm̄ ſtatuū ſuorū
exigenciā diuidere· et nō in pri-
mis ſed vltimis ꝑtem ſuā ⁊ ſuo
rū accipe· ne forte videatur infi
deliter diſpenſare et ſibi maius
vel minus ꝙ̄ deceat retinē In oī
aūt tribu· i· in oī laycoꝝ ꝑtia vel
cetu debet leuitiˢ ⁊ eccliaſticis ha
bitacionē aſſignaē vt q̄ ſpūalia
tribuūt poſſint de laycoꝝ tpali-
bus vtcūqꝫ nutriri· et vt eciā ip
ſi layci vbicunqꝫ ſpūales viros
inuenīūt ab eis poſſint inſtrui
⁊ doceri· ꝑma ad cor̄· ix Si ſpūa
lia vobis ſeminauimꝰ : nō mag
nū ē ſi veſtra tempalia metamꝰ
¶ Vel dic ꝙ terra cordis noſtri
filijs iſrahel ideſt virtutibus ha
bitanda traditur quādo chana-
nei ideſt vicia exinde penitus ex
pellunt̃
Caleph vero volens acci
pere ciuitatē ebron quā
tres gigantes ſcꝫ filij e-
nachim inhabitabant edictū et
iuramētū ꝓpoſuit· ꝙ qui prius
vrbem percuteret et capet· filiam
eiꝰ axā ī vxorē hrēt Cepit ergo
vrbem othoniel frater caleph· ⁊
ſic filiā eiꝰ in vxorē accepit· In
quo ꝑꝫ ꝙ caleph magis iuram̄
tū ꝙ̄ legem ſuari voluit Cū igi
tur caleph ciuitatē percuſſis tribꝰ
gigantibus filijs enachim poſſe
diſſet : ⁊ filiam ſuam axam ꝓpo

fratri ſuo maritaſſet· ſuggeſta a
viro ſuo et ſedēs in azino ſuſpia
uit ⁊ trā irriguā a caleph poſtu
lauit dicēs· Terrā arētē dediſ-
ti m̄: iūge et irriguā· pr̄ autē ei⁹
ſuſpirijs ānuēs ſibi dedit irrigu
ū ſupius et inferius ¶ Caleph
qui interp̄tatur q̄ſi omne· deum
prēz ſig̃t cui oē cor ptz et oīs lin-
gua loquitur Othomiel fr̄ eius
q̄ interp̄tat᷑ ſignū dei ſig̃t dei fi
liū qui eciā in ſcriptura dicit᷑ dei
ſignū Yſa· vij Dabit dn̄s vobis
ſignū Ecce v̓go ↄcipiet filiū qui
vōbitur emanuel· Axa que īter
p̄tat᷑ furibūda ſig̃t aīam rōnalē
cui naturaliter inē furor iracūdi
e et cō cupiſcētie Nichilominus
iſta ē rōe imaginis filia dei pa-
tris Ebron q̄ īterp̄tat᷑ t̄ribilis·
ſig̃t diabolū c⁹ tres gigātes filij
enachī ſignt t̄pliceꝫ cō cupiſcētie
appetitū Azin⁹ vero laboribꝫ de
ditus ſig̃t corp⁹ hūanū Dico iᵉ
ꝙ caleph de⁹ pr̄ a p̄ncipio ſta-
tuit et ꝓpoſuit ꝙ qui cītatē mū-
di capet et qui eā ſue fidei ſubiu
garꝫ et tres filios enachī diabo
li· i· t̄ a pccā p̄ncipalia ſcꝫ luxu-
rie ſupbie et auaricie exinde tol
lēt et delerꝫ Verūtn̄ qꝛ nō inue
ebat᷑ āq̄s ↄueīēs ad illd̓ op⁹ tā
arduū faciēdū nec ad ſalutē hu
mani generis ꝓcurādā oportuit
ꝙ ꝓpri⁹ fili⁹ ſu⁹ ſcꝫ ihesus xp̄s
filius dei illd̓ facēt cītatēqꝫ mū-
di p fidē capꝫ et deſtructis tribꝫ
p̄dictis gigātibꝫ ipaꝫ pri⁹ dn̄o
ſubiugaret Qui qꝛ carnē aſſum

deo et crūcē ſubeūdo ↄpleuit ido
axā filiā dei pris ideſt animam
hūanā ī vxorē accepit· et eam
bellādo cōtra gigātes ebrō ideſt
contra mūdū et dēones acquiſi-
uit Ozee ij· Spōſabo te michi ī
fide ij· reg̃ tercio Michol deſpō
di m̄ cētū ꝑpucij⁹ philiſtijm Mi
col aūt filia regi⁹ erat Quid g°:
Pro cto iſta axa ideſt aīa ſedēs
mō in azino corpi⁹ dū hic viuit
ad inſtinctum viri ſui xp̄i debet
a prē ſuo deo ſpūale irriguum
poſtulare dicēs· terram arentē
ideſt cor indeuotū et ſiccū dediſ
ti michi· iūge et irriguum· id ē
da michi mentem humilē et de
uotā· et ſic ip̄e pr̄ ſuus deus da
bit ſibi irriguū ſuperius et infe
rius id eſt deuotas lacrimas ꝓ
dilacōe prie ſuperioris et ꝓ in-
colatu miſerie inferioris vel pro
boīs omiſſis et ꝓ malis ↄmiſſis
vel ꝓ aīſſioē glorie et acq̄ſicione
infernalis pene ¶ Vel illud du
plex irriguū· ſig̃t dulcedinē co-
gitacōis in itellcū· Dulcedinem
dilcōis in affcū ¶ Vel duplex ir
riguū ideſt duplex gracia ſcꝫ ſu-
perior que fuit bō· et inferior q̄
iclinat ad mala ¶ Vel iſta ē du
plex mādatū dilcōis ſcꝫ ſupius
qd̓ ē amor dei et inferi⁹ qd̓ eſt a
mor ꝓxi Vel iſta ſūt viſio deita
tis et viſio humanitatis Iſta ei
ſunt quedam irrigua pro q̄bus
hn̄dis deuota dei filia gēbunda
ſuſpirat· ⁊ ipa toto corde deſide
rat et affectat Job tercio· Ante-

q̄ comedam ſuſpiro· et quaſi in
vndantis aque rugitus meꝰ ⁊c̄
Et ſic de iſta filia ſcꝫ de aīa et de
ſuis irriguis poterit dici illud ie
remie xxxi· Erit aīa eoꝝ q̄i ortꝰ
irriguꝰ : et vltra nō eſuriet ¶ Vel
poſſunt iſta allegari q̄ iuramē
tū q̄nq̄ꝫ p̄fert̄ legi : et q̄ tolerabi
lius eſt q̄nq̄ꝫ frangē legis ordia
cionē q̄ ꝓprij iuramēti fidē· vt
patet Quia lex ꝓhibuit ne fra
ter filiā fratris acciperet in vxorē
Deus etiā mandauerat q̄ totuꝰ
ꝑplūs chananeoꝝ deleret̄ Et tū
hic habes q̄ ꝓpter reuerēciā iu
ramenti caleph filiā ſuā fr̄i ſuo
deſponſauit Et ſicut ſup̄ c· ix· di
ctū eſt· ꝑplūs iſrabel gabaonitis
pepcit et iepte etiā ſicut dicit̄ iu
dicū xi· ꝓpriā filiā ymolauit ꝓ
pter ipſiꝰ iuramenti reuerēciā ¶
Vel dic q̄ quilibet auditor v̄bi
dei debet eē ſicut iſta filia caleph
quia ad vocem ⁊ exhortacionem
viri ſui· ideſt predicatoris debet
p cōfeſſionem gemere· ⁊ a patre
ſuo duplex irriguū poſtulare·
ſuperius ſcꝫ graciam pro predi
catore vt bene loquatur· et irri
guū inferius ideſt graciam pro
quolibet auditore vt bene recipi
at bonū quod ei predicatur· et
ideo pro iſto duplo irriguo ha
bendo rogabimus ⁊c̄·

Hic in iſto capitulo xvij·
et iudicū capitulo p̄mo
in fine fit mentio q̄ filij
iſrabel ex toto chananeos nō in
terfecerūt ſꝫ eos ſecū viuere per
miſerūt· ipſos tamen ſibi ſubie
cerūt et tributarios fecerūt et ſi
bi ſuuiē coegerūt ¶ Sic vere cū fi
lij iſrabel ideſt viri iuſti de terra
mentis ſue eliminare habeant ō
nes populos gentiles ideſt om
nes actus vicioſos et mortales·
ſepe fit q̄ omnes nō poſſunt pe
nitus extinguere ymo p̄ncipali
oribus vicijs interfectis neceſſe
eſt aliquos chananeos ideſt ali
qua vicia in homine remanere·
Conſtat autē q̄ motus corpo
rū ideſt iracundiam cordis· leui
tatem opis que quaſi ſūt ꝯnālia
homini nō poteſt homo penitꝰ
abijcere· ipſa debet tamē racōnis
ferule ſubiugare et ipſa ſibi ſer
uire ꝯpellere et tributū vtilita
tis īpēdē ſeu dare· Vicia eīn que
in nobis ſentimꝰ nobis tributū
et vtilitatē īpendūt qn̄ hūilita
tē et nrē ꝓpe fragilitatis ꝯſidera
cionē in nob̄ gn̄ant et induāt·
et qn̄ de ꝓprio caſu nos eē timi
dos faciūt et ſic ab elacōe et ſup
bia nos cōpeſcūt vt ſic iuxta do
ctrinā gregorij homo de v̄tutibꝫ
nō ſupbiat qui adhuc viuere in
ſe hoſtes ꝯſpicit a q̄bꝫ vinci for
midat Et ſic concludi p̄t q̄ deus
iſtos hoſtes nobiſcū pmittit vi
uere vt diſcamꝰ de ꝓprijs vibꝫ
nō p̄ſumē ſed pocius in hūilita
te et timore manē· p̄s· Ne occi
das illos· neq̄n obliuiſcant̄ po
puli mei ⁊c̄·

¶ Explicit moralizacio libri ioſue
Incipit moralizacio libri iudicū

Filij iuda cōprehē
derēt odoibesech re
gē· absciderēt sūmi
tatē pedū ꝛ manū
ei⁹ et captū in isra
hel deduxerēt· Qui stati dixit ꝙ
illđ merito sustinebat qꝛ hoc ip
sū fecerat octogita rēgibꝫ q̄ colli
gebāt sub mēsa eius ciboꝝ rliq̄·
as ¶ Istđ allega exēplariter ꝙ
ī q̄ peccat q̄s ī hoc puit᷑· sapie·
xi· qꝛ scꝫ sepe dīno iudicio fit ꝙ
hō idē malū suscipiat ab aliquo
qđ īiuste alijs ipetrauit Iux̄ illđ
Iē·l°· Sic fecit: facite ei· ¶ Vel
illđ pōt allegari qñ quilibꝫ ali·
q̄d patit᷑ dꝫ sua ꝓpria delicta rco
gnoscē ꝛ se iuste pati adūtē ꝛ di
cē illud gen·xlij· Merito h̄ pa·
timur qꝛ peccauim⁹ Est ei cōso·
lacō patienti qñ cogitat se digne
pati Vel dic ꝙ multi tales rēges
vidērᷓ eē hodie ī mūdo qui scꝫ de
mēsa dyaboli rliquias·i· dicias
rcolligūt· et iō sūmitatē pedū ꝛ
manuū·i· rctitudinē affcōnū et
opm pdūt· Et ecīā dic ꝙ iudas
est p̄dicatoꝛ vel p̄latus qui quā
do vult odoibesech rēgē·i·pccō·
rē ꝯp̄hēdē puire ꝛ corrigē debꝫ
ip̄m ī extreitate manuū ꝛ pedū
ledē ꝛ p̄scidē ī ꝙtū finē ꝛ extrei
tatē maloꝝ suoꝝ affectuū et o·
perū dꝫ ei ondē nec vitare· et ex
treitatē ecīā pene etne q̄ ip̄m ex
spcāt· v̄baliter declarare· dicēs
illud · Extrēa gaudij luct⁹ oc·
cupat· et poterit ipꝫ ī ihꝛlm·i· ī
statu grē captiuare ¶ Vel dic ꝙ
extreitas est vana spes · quā de
pedibꝫ ꝛ maībꝫ·i· affcībꝫ ꝛ opi
bꝫ spam⁹ rportare· quā q̄dē va
nā extreitatē dꝫ p̄dicatoꝛ hoi p̄
scidē· et vaītatē p̄sūpcōis ab af
fcībꝫ et actibꝫ suis rsecaē· vt ip
sū possit ī iherusalē ·i· ī padisū
huilē et obediētē hēre·

De iebuzeis et alijs ī fide·
libꝫ nō īterfectis ħ sub
tbuto rdacti᷑ vide iosue
xvij· et exo·xviij· De hoc ꝙ ar
guēte āgelo populū pro eo ꝙ
chananeos nō exstirpauerīt īce
perīt flē· vt poīt᷑ h̄ iudicū secun·
do ¶ Quod vtiqꝫ ad hoc p̄t ap
plicai ꝙ cū āgel⁹ ·i· p̄dica toꝛ lo
q̄t᷑ ꝛ pccā nrā nob ī ꝓperꝫ pccōꝛ
flē et peitē tētur· trāsco illud ꝙ
dn̄s ecīā multos chanaēos de
lēdos relinquit vt in ipsis filij
israhel exrcitarēt᷑ vt factū armo
rū expirēt᷑· cū scđm senecā mi
serrima sit fortuna que inimico
carꝫ ¶ Vel ad hoc pōt applicari
ꝙ vtile ē quādoqꝫ homini inimi
co᷑ hēre· vt dū habeat quid tie·
re debeat discat se cautius custo
dire· et ut virtutem suam possit
ꝯtra eos exrcē· Similit̄ p̄mitto
ħ vide exo·xiiij· vbi de hoc ꝛ io·
sue·xvij ¶ Eglō rx moab piguis
si⁹ opp̄mebat ꝓplūꝫ israhel vio·
lēt Nā qꝛ dn̄o peccauerāt tradi
đat eos dn̄s isti rgi qꝛ p aioth fi
liū gēa q̄ vtraꝫ maū vteba᷑ ꝓ dex
t̄a volēs liberaē ꝓplūꝫ fecit gladi
ū ācipitē et captis mūcibꝫ ad rē·
gē accessit vt sic sb aīcicie specie

facilius ipſū regē occideret· Of
fert igit᷑ regi munera et ab eo ḡ
cioſe recedit:ſed cito poſt dimiſ-
ſis ſocijs ſolus reuertēs regem
in eſtiuo cubiculo repperit· Cui
cū verbū ſecretū ſe velle ei dicē aſ
ſereret· rex viciūſos emiſit Quē
aioth ſolū intuens ipſū gladio
ancipiti trāſfixit ⁊ occidit· ⁊ clau
ſis fortiter hoſtijs p poſteriorē
ptem domus fugit· et tandē clā
gens buccina moabitas plurios
interfecit ¶ Iſtud pt allegai ex-
emplariter ꝙ valde fatuū eſt cū
inimico ſolū remanē et illū ami-
cū credere quē violenē afflixeris
Qn̄qꝫ eñ potuerit ⁊ voluerit dā
pna tibi dare· dato ꝙ ipſū vide-
as munera tibi offerre et aīciciā
ſimulare ¶ Cōſtat eñ ꝙ ſi locū et
tps optunū inueneit· ꝯtra te ſta
tim ſurget et inimiciciā tibi oſtē-
det Ideo bene dicit ille· Verūtñ
cui malefeceris nō credas Unde
ſeneca in ꝓuerbijs· ¶ Cū inimico
nemo tutus in grāꝫ redit· Et eccī
xij· Nō credas inimico tuo in e-
ternū In oculis ſuis lacrimabiē
īimicus· et ſi inuenerit tps nō ſa
ciabitur ſanguine tuo Illud ma
le audiuerat ille rex pſaꝫ q̄ dato
ꝙ cuidā pncipi ꝓpriū filiū cōe-
dendū dediſꝫ· ipſū tamē ducem
exercitus ſui fecit· Qui p ſuadens
militibꝫ tyrū in regem cōſtitui·
deſtitui regē aliū ꝓcurauit ¶ Ul
dic ſpūaliter ꝙ eglon q̄ interp̄-
tat᷑ feſtitas inutilis ē caro ei⁹ c⁹
ſcꝫ feſtū ꝯ delectacō nō valet: q̄
tū filio⁹ iſrl̄· i· xp̄ianos ⁊ fideleſ
ſibi ſubiugat ⁊ eos ſuis īmūdiſ
ſuggeſtionibꝫ opp̄mit iugit atqꝫ
ḡuat Aioth qui interp̄tat᷑ lau-
dabilis ſig̃ficat viꝝ iuſtū ⁊ max
ime bonū eccīaſticū vel p̄latum·
Gere qui incola interp̄tat᷑ fili⁹
dicit᷑ ꝓ eo ꝙ iſte pegrinū et īco
lā ſe reputās in hoc mūdo· nō tā
ꝙ̄ poſſeſſor ſed tamꝙ̄ incola cō
uerſat᷑· Propterea a dn̄o lau-
dabilis iudicat᷑ Unde eccī· xliiij
laudem⁹ viros glorioſos prēs
nrōs Ille eñ vtraqꝫ manu debet
vti ꝓ dextera qꝛ ſcꝫ nulla dꝫ ī eo
inueniri ſiniſtra vel vicioſa opa-
cio:ꝫ cūcta dextera et v̄tuoſa Da
to eñ ꝙ vir pfect⁹ vtrāqꝫ manū
habeat tā dexterā ꝙ̄ ſiniſtrā id ē
dato ꝙ vtrāqꝫ diſcrecionē hēat
ſcꝫ ad miſtrandū ſpūalia et ter-
rena vel dato eē ꝙ duo opa exer
ceat ſcꝫ ꝯtēplacōis ⁊ actiōis Vel
dato ꝙ duplici ſcīa polleat· ſ· ſpe
culatīa et practica· nichiloīn⁹ tñ
vtraqꝫ dꝫ vti ꝓ dextera inq̄ntū e
tiā opa ſua q̄ ſiniſtra· i· min⁹ ydo
nea videbant᷑ ad dei laudē et aīe
ſalutē ordinat· et ſic ipſa fcīt eē
dextera atꝫ ſcā Ad ro· ij· Si p̄pu-
ciū iuſticias leg⁹ cuſtodiat nōne
p̄puciū e⁹ ī circūciſiōe r̄putabit᷑ ⁊
ſic ſit de illis de q̄bꝫ dꝛ iudicū xx
ꝙ ī gabaa erāt ſeptingēti viri in
ſiniſtra vt dextra p̄liantes Gla-
di⁹ ancep⁹ quē iſte hꝫ ſig̃t pnāꝫ
q̄ ē āceps p eos q̄s īteri⁹ p ꝯtri-
cōꝫ ſcīdit· et exteri⁹ p ſatiſfactōꝫ
ledit Et etiā iſte gladius ē orō·

que pro eo dicitur biceps qz de-
ū r̄cōſiliat: hoſtes v̄o ſpūales i-
pugn̄t ¶ Dico igit̄ q̄ qn̄ aiotb
.i. vir pfectus q̄ p̄t dici lauda-
bilis et pegrinus. et q̄ vtraqz ma
nu .i. in oī ſuo ope inveīt̄ dexter
et v̄tuoſus vult ſupare eglō .i.
inutilē feſtiuitatem et glām car
nis ſue. et de ei⁹ p̄tāte filios iſrl̄
.i. affectioēs et motus aī liberaē
dz ipz ſecrete pcutē et afficē gla-
dio ācipiti orōis vel peītētie. ita
q̄ pinguedinē deliciarū ſuaꝝ dz
reſtringē ⁊ ſtercora diciaꝝ extra
pijcē. et horrē. et tādē oſtia ſen
ſuū a mūdi delcābilibꝫ claudē.
⁊ ipſū mortuū .i. ipāz carnē mor
tificatā dīttē et abire. Tali em̄
gladio caro mortificat̄ et ſpūali
ter occidit̄. et iſrabel .i. mens a
peccati ſuitutibꝫ liberat̄ Ad rō
nos vi. liberati a pcc̄o: ſerui aūt
facti deo ¶ Vel dic q̄ rex iſte eſt
p̄latus. aiotb ei ē ābicioſus. qui
regē ſuū .i. prelatū occidē et ca-
pe cupiēs. gladiū ācipitē .i. lin-
guā adulatricē ſibi acuit ipāzqz
ad vtrāqz ptē. nūc p̄ p̄o nūc cō-
tra ſcd̄m qd̄ magis credit placē
ſcidē et loq̄ inſtruit vtrāz manū
ad diligēdū. obſequēdū in dex-
terā ꝯūtit. et ecīā ſe eſſe totū dex-
trū et v̄tuoſū et michil hēre ſini
ſtrū vel vicioſū diſſimulat et p̄-
tēdit. munera ecīā p̄parat que ā
te oīa p̄mittē nō poſtponit. tan-
dem vero oblatis muneribꝫ iſte
ſolz ſecretū colloquiū petē. et tē
ſolz r̄gē .i. p̄latū gladio lingue
ancipitis et adulatricis pcutē et
ipz gladiū i cor ipſi⁹ infigē et ita
ſolet eū decipe et ſpūaliter occi-
dē. et ſe libtati obtēto beneficio
vel digintate reſtituē vel ābire.
Thobie p̄o. Occiderīt regē filij
eius Videm⁹ eī hodie multos re
ges .i. multos magnates et p̄la
tos mortuoꝝ effemiatoꝝ iacētes
et p gladios ācipites linguarū
adulatorū et malorum conſilia
torum ſuorū miſeros et languē
tes et nulla virtute pollētes. ſꝫ
in vicijs mortuos et fetentes.
Cōſtat enim hodie q̄ tales gla
dij ſūt cā mortis et perdicionis
oīm ſupiorum. Unde in pſalmo
Gladij ācipites ī maībꝫ eoꝝ ſcꝫ
adulatorū Ad alligādos reges
eoꝝ ī ꝯpedibꝫ: et nobiles eorū
in manicis ferreis. ¶ Vel dic q̄
aiotb. ē laudabilis predicator.
qui cum gladio ācipiti verbi dei
preliatur contra eglon idest cō-
tra peccatorem ut eum occidat
ſpūaliter et conuertat. p̄o tamē
dz vti muneribꝫ vt ipſū ad glo
riā alliciendo tandem gladio aſ
pere correctionis ipſum p tor-
menta inferni deterrendo Unde
dicit̄ ad hebreos quarto capit
tulo Viuus eſt ſermo dei et effi-
cax et penetrabilior omni gladi
o ancipiti ¶ Vel dic q̄ iſte rex ē
dyabol⁹ q̄ dicit̄ rex ſuper omēs
filios ſupbie Job xli. Cōtra quē
pugn̄t p̄dicator gladio v̄bi dei ⁊
ecīā iuſtus cum gladio peniten
tie et oracionis. ꝛc̄. ¶ Sicut hic

patet ſangar qui iudicabat iſrl
nō legit̄ cū gladio aliquē hoīez
occidiſſe·ꝛ tn̄ cū vno vomē quod
eſt inſtrumentū ebes·rude et nō
acutū dicit̄ ſexcentos hoīes pe-
miſſe ¶ Et hoc ad hoc pt̄ appli-
cari ꝙ qn̄qꝫ in correctione vel p̄-
dicacōe plus ꝓficit ad alios oc
cidendū·i·corrigendū vel cōuer-
tendū hebes verboꝝ ruditas q̄
acuta ſcienciaꝝ ſubtilitas: ꝛ pluꝰ
iuuat benignitas reſecata q̄ ſe-
ueritas exacuata Ita ꝙ plerūqꝫ
vtile ymo neceſſariū ē ex cōicacō
nis vel aſpere correctionis gla-
diū recondē et cū vomē dulciꝰ et
blandiētiꝰ exhortacōiꝰ hoſtes·i·
vicia ꝛ demones ac etiam ipſos
pccōres et īpios īpugnare Ideo
petro paſtori ecclīe dictū ē· Pōe
gladiū tuū ꝛc̄· Math·xxvi·

DElbora ꝓphetiſſa vxor
lapidoth iudicabat po-
pulū iſrl·ſedēs ſub pal
ma ¶ Cū igit̄ iabin rex chanaan
miſiſſet ſizarā pncipē exercitus ſui
ɔtra ꝓplm̄ dn̄i vocauit delbora ba
rach filiū abynoem ꝛ ɔſtituit eū
pncipem populi vt ɔtra ſizaram
dimicaret·Adiecit tn̄ et dixit ſi-
bi ꝙ victoria ſibi nō aſcriberet̄
ſed ꝙ mulier de ſizara triūphaēt
Qd̄ ſcꝫ factū ē·qꝛ tandē cōmiſſo
ꝑlio ſizara pedes fugiebat Iabel
aūt vxor aber cinei ipſū recepit·
aquā petenti lac dedit·et dormi
entē occidit·et caput eius clauo
tabernaculi cū malleo pforauit
Illud quidā exponūt allego-
rice Dicūt enī ꝙ delbora que int̄
ꝑtat̄ loquens ſeu apex ſignificat
legem diuinā que de fidei et v̄tu
tū apice loquit̄ Que ꝓphetiſſa
dicit̄ ꝓ eo ꝙ de futuris ꝓpheta
re dinoſcit̄· et ſub palma ſedet·
eo ꝙ palmā celeſtis glorie ꝓmitere
mittere ɔprobat̄ Vxor etiā dici
tur lapidoth qui interꝑtat̄ ful-
guratio pro eo ꝙ in ea fulgor et
ſplendor fidei reuelatur Per ba-
rach qui interꝑtat̄ choruſcacio
accipit̄ ꝓplūs iudeoꝝ qui reuera
ad modicū v̄tutibꝰ choruſcauit
qꝛ ſubito euanuit et defecit Per
ſizarā qui īterꝑtat̄ excluſio gau
dij intelligit̄ dyabolꝰ· qui ſcꝫ a
gaudio padiſi fuit excluſus· et
h̄ in triſticia poſitus et incluſus
Iſte enī cū exercitu ſuo·i·vicioꝝ
nō ceſſat ɔtra filios iſrl·i·iuſtos
ɔtinue debellaē vt ſic eos poſſit
a padiſi gaudio excludē Per ia
bel v̄o mulierē gētilē iſrliticis cō
federatā et adiūctā itelligit̄ eccl̄ia
de gētilitate aſſūpta Qꝛ ꝓ certo
iſta ē veritas ꝙ a pn̄° delbora ꝓ
phetiſſa·i· lex dn̄a vel etiā ipſe
deꝰ legꝭ factor vel etiā ipſe moy
ſes legiſlator·miſit ɔtra ſizarā et
exercitū ſuū·i·ɔtr̄ dyabolū ꝛ vicia
q̄ filios iſrl·i·pr̄iarchaꝝ ḡuabat
barach·i·ꝓplm̄ iudaicū vt·ſ·ɔtr̄
ipſū pugnaēt· et vt eiꝰ potēciā e
neruaēt Sꝫ q̄d̄: Pro certo iſti n̄
fuit victoria data nec victi dya-
boli gloria attributa: qꝛ reuera
nō ꝓplūs iudaicus nec ipſiꝰ ſina
goga diabolū ſupauit·ſed iabel

gentilis mulier·i·eccleſia criſti-
ana ex gentilitate ꝑ maiori pte
ſupta ɔtra ipm p̄ualuit· et cum
malleo ligneo et clauo tabnacu
li·i· mediāte ligno crucis et cla
uis quibꝫ fuit dn̄s ɔclauat⁹ nec
nō lacte q̄ fuit ſm carnē nutꝰ
hoc ē dau· mediāte fide· quā de
proficit· Sepe enim fit q̄ deus
ppter bonorū ſocietatē mali⁹ p
cit· et ioſias oſſa mali prophete
nō tetigit· quia ipſū cū ſcō viro
tumulatū inuenit· Sicut eciam
gene· xviij· patet· vbi propter
decem bonos ſi inuenirent͛ in zo
domia toti ciuitati dominus ſe p-
cere promittit Sicut eciā in pau
lo apparuit· propter quē domi-
nus omēs animas in naui a ſb
merſioē ſaluauit Actuum xvij·
Bonum eſt igit͛ bonis aſſociari
et cum ipſis perſonaliter copu-
lari· quia ſcʒ exinde homo bon⁹
efficitur· ⁊ eorū orōnibꝰ adiuua
tur· Pſalmiſta· Cum ſancto ſan
ctus eris: et cum puerſo puerte
ris et cetera Vel eciā de ſepulchꝛis
allega qꝛ ſcʒ bonū eſt in eccleſijs
et cimiterijs vbi ſancti homiēs
ſepulti ſūt ſepeliri vt cum ioſias
rex ideſt xp̄s iniquos in iudicio
ɔburet ſibi ex ſocietate ſcōrum
et precibꝰ poſcit pci· Unde q̄rto
regū xiij· Proiecerūt mortuū i ſe
pulchrum helizei· At vbi teti-
git corpus prophete: reuixit
homo et ſtetit ſup̄ pedes ſuos·

Hic ca· xiiij· et xv· ponit͛
quomō ſeſach rex egip
ti cōtra roboā aſcēdit et
ſcuta aurea abſtulit loco quorū
roboam erea fabricauit· Sed de
hoc vide ſupra capitu· x· ƀ· tcio·
vbi plene de hoc dixi· Hic po
poit͛ de vxore ierohoā q̄ hitū cō
mutauit· et de filio moribūdo a
chiā pphetā interrogauit Qui
q̄uis videre nequiret· ipſam tn̄
in ſpū ſtatī cognouit· et ſibi filij
mortē et dom⁹ deſtructionē pre
dixit· Ingredere inquit vxor ie
roboā Quare te alienā ſimulas:
Ego autē ad te miſſus ſū dur⁹
nuncius Iſtud poteſt allegari
contra ypocritas qui ſcʒ habitum
ɔuſacōis ſue mutāt· et alios q̄
ſint· ſe eē ſimulāt· vt alios deci-
piāt· et ſeducāt· prophetā tamē
criſtū decipe nequnt· qꝛ ſcʒ non
ad veſtes ſed ad pſonā· i· nō ad
ɔuſacōez ꝫ ad cōſcientiā · nō ad
famā ꝫ ad vitā ſolʒ aſpicere· et
iō ipo⁹ apte ɔgnoſcit ipiſqʒ du
rū mortis eterne nūciū ſolʒ fina
liter reportare· Nichil ei valʒ a-
pud eū diſſimulacio q̄tiſcumqʒ
qꝛ ſic dic͛ aplūs oīa nuda et ap
ta ſūt oculis eius Ad heƀ q̄rto
Hic ca· xv ſit mētio de bello a
bya reg͛ iuda ɔtra ierohoā ſed
de hoc plem⁹ vide 2° pali· xij I
bi eciā dicit͛ q̄ ierohoā octogi
ta milia hoīʒ cōtra abyam cōgre
gauit· ꝫ abya ad dn̄m recurrit·
eciā de cultu dīno q̄ in tēplo fie-
bat· et de cādelabro altaris ⁊ mi
miſtris gloriās et ipſū ierohoā
et pplūʒ eius qui a deo receſſerat
vilipēdēs bellū cōmiſit· et quīq̄
gīta milia interfecit· Qd̄ ad
ad hoc allegari poteſt· q̄ ille q̄
in multitudīe exercit⁹ gloriant͛
faciliter ab illis q̄ cōfidūt i dn̄o
q̄uis pauci ſint ſupāt͛· Ibidē
2° pali· xij et hic ſup̄ xiiij capi·
dicitur q̄ quicūqʒ ipſi ierohoā

regi iſrabel munera apportabat
ſacerdos ydoloꝝ fiebat ¶ Sic
vero hodie apud malos rḡes. i.
apud maloꝝ p̄latos. iſti qui ma
nus ſuas implent ideſt qui ma-
nibꝫ plenis nō vacuis ad eoꝝ ve
niūt ac munera offerūt et ꝓmit-
tūt: ſacerdotes et beneficiati ab
eis fiūt Luce vi Date et dabitur
vobis Vnde ſimoniaci p̄lati vidē
tur dicere illud prime ad cor̄. xi.
Si ſpūalia ſeminauimꝰ vobis.
non magnū eſt ſi veſtra carnalia
metamus ideſt ſi beneficia offi-
cia ſpūalia et ecclīaſtica ꝯferimꝰ
etiam munera carnalia vel tem-
poralia habeamus.

Baaſa occidit nadab fili
um ieroboam regem iſ-
rabel et omnē domū ie-
roboam vſqꝫ ad mingētē ad pa
rietem. et regnauit pro eo. Tā
dem vero qꝛ iſte peſſimus fuit ⁊
quēdam ꝓphetam ſibi ꝯminātē
occidit Ideo zambri filiū eiꝰ he-
la qui poſt ipſum regnauit ebri
um et temulentū occidit et pro
eo in iſrabel impauit. et totam
parentelam baaſa interfecit. Ve
rūtñ ſatis cito poſt. cū populꝰ
ꝓpter occaſionem necis dñi ſui
cōtra eū inſurgeret ad palacium
fugit et ſe cū palacio cōcremauit
¶ Iſta pñt allegari quomō de-
us punit malos p malos. et q̄-
modo deus vtit̄ miniſterio ma-
lorū hoīm ad malos alios pu-
niendos. quinymo et deus vt cō
muniter iudicia ſua racōnabilia
p malos angelos exequit̄. et ſic
homo malus p malū āgelū pu-
nitur Ideo de punicione egipcio
rū dicitur in ps. q dñs miſit in
eos iram indignacionis ſue. im-
miſſionē et iram p angelos ma-
los. ſicut etiam hic patet domū
ieroboam fuiſſe deſtructā. et de-
us domū baaſa p zābri deſtrux-
it ¶ Vel allega q iuſticia dei qñ-
qꝫ punit filios pro peccato pa-
trū. et maxime quādo ſūt pater
norū criminū ſucceſſores. ſicut
patet de ieroboam et baaſa. qui
bus dñs cōminatus eſt. et tamē
nō ipſos ſed eorū filios diſſipa
uit Treñ. iiij. Patres noſtri pec
cauerūt et nō ſūt: et nos iniqui-
tates eorū portauimus. ¶ Vel
dic q dato q deus aliquē puni
endū decernat ⁊ ex hoc in manꝰ
alicuius peſſimi ipſū tradat ipe
tñ malus qui eū occidit ꝓpter
hoc nō minus punit̄. qꝛ ſcꝫ deꝰ
malam voluntatē occidēdi ſibi ñ
dedit cum deus nō ſit actor mali
ſed male volūtati ſue ipſū occidē
dū applicat atqꝫ tradit. ſicut pa-
tet q dato q ex dei iudicio hela
ceciderit ⁊ a zābri occiſꝰ fuerit. ta
mē ipſe zambri ex hoc nō excuſa
tur: qꝛ ſcꝫ ad dñm ſuū occidēdū
nō amor diuine iuſticie ſed reg-
ni ambicio ipſum mouit: deus
vero malicia et ꝑdicione ipſiꝰ ad
occidendū aliū vſus fuit: et ideo
iſte in tali regno proſperitatem
non inuenit ſed turpiter periit
et deceſſit Et ſic duo in iſto actu

cōcurrunt ſcʒ dei iuſticia que oc-
culte ordīat iſti morte᷑ et mala
volūtas alterius q̄ vlterius aliā
inuenit ſibi cauſam. Luce. xiij E
rūt duo molentes in mola vna
ſcʒ deus et homicida. vnus aſſu-
metur. i. excuſabitur et alter re-
linquetur in culpa ſcilicʒ homo
malus ¶ Vel dic ꝙ iſta pn̄t alle
gari ꝙ in quo peccat quis in h̄
et punitur. qꝛ viʒ ſepe fit ꝙ ille
qui alium ledit eodē gladio leſi
onis p alium tādem perit ſicut
patet hic ꝙ domū ierobòam de
ſtruxerat. et multos iniuſte occi
derat. Ideo iuſto dei iudicio fcm̄
eſt vt alter domum eius deſtru
eret et aīcos et filios enecaret.
Ideo bene dicit᷑ math. vij Eodē
iudicio quo mēſi fueritis remeti
et᷑ vobis. Vnde cottidie videm⁹
ꝙ ambicioſi qui contra regē iſra-
hel ideſt contra aliquem prela-
tum vel beneficiatū inſurgūt. vt
regnēt loco eius et vt obtineāt
ſtatū eius ipſumqꝫ occidūt. id ē
accuſant infamant et deponi ꝓ
curēt. et ſic locum eorum malicī
oſe occupant et vſurpant. ſicut
fecit baaſa de nadab tādē inueni
unt in ſe vel in ſuis qui ſimile e-
is faciant et qui de regno vel of
ficio eos expellant et inſurgant
vt patet hic de zambri qui reg-
nū baaſa ipſo occiſo poſſedit Jō
bene dicit ſeneca in ꝓu. Ab alte
ro expecta quod alteri feceris.
Vel dic iſta ꝯtra ambicioſos
generaliter qui ſcʒ nō ceſſant. i.
more zambri contra regem iſra-
hel. i. cōtra aliquē bonū p̄latum
inſurgere vt ſic poſſint regnum
et prelationē ipſius obtinē. Qđ
cū obtinere poſſint ſcilicʒ regnū
et p̄lacionē ipſius tn̄ vix aut nū
ꝙ̄ ibi ꝓſpere viuunt. quinimo
palacium ſuū eccām vel officiū
vel cellariū ſibi cōmiſſum rapis
et exactionibꝰ cōburunt ſcipos
p auariciā et luxuriā in preſenti
et p gehēnam in futuro ſuccen-
dunt Et eciam ad litteram quā-
doqꝫ fit ꝙ talis populus ſubdi-
torum contra tales inſurgit ꝓpē
quod eciam temporales penas
habent. Quarto regum nono.
Nūquid pax poteſt eē zambri.
qui interficit dn̄m ſuū. Dieſqꝫ
ſuos in triſticia dolores conſu-
mūt. ¶ Cū eī in ꝓplō iſrahelitico
agēt᷑ de rege eligēdo ꝓplūs diui
ſus ē in duas ptes et vna ps ſe
q̄batur zābri. Alia vero ſeq̄bat᷑
thebin. finaliter tamē zābri qui
interpretat᷑ amaricanˢ preualu
it thebi vō q̄ iterp̄tat᷑ bon⁹ ſu-
ſuccubuit. Sic vē cottidie fit ī
elcōibꝰ p̄latoꝝ qꝛ viʒ ꝓplūs eli-
gens in duas ptes diuiditur et
vna ps vnum. alia alium ſequi
tur. Ita ꝙ vix aut nūꝙ̄ in vnū
cōſentire vident᷑ vō reg. xi Diſp
ſi ſūt ita ꝙ nō inuenirētur duo
piter Vextū ſic fit finaliter ꝙ a
maricans. i. ille q̄ ē amar⁹ ⁊ ma
lus preualet thebin vō. i. ille q̄
bon⁹ ē alijs dimittitur ipromo-
t⁹ qꝛ ꝓ cto ſepe fit ꝙ deterioēs

plures pro pte reperiūt: melio-
res vero deficiūt et ſucumbunt
Geñ. xxv. Maior ſeruiet mino-
ri Hic agit̃ de reedificacōe ibe
richo ſed hoc quomodo factum
eſt vide

Cum iezabel vxor achab
ꝓphetas domini occi-
diſſet: et ipſe achab rex
iſrabel ydolū baal fecíſſʒ. ꝓpter
quod helias ſiccitatē triū ānoꝝ
futurā in terra iſrabel predixit. ꝛ
dñs volēs eū ab īpietate achab
et iezabel ſeruare. verba talia ſi-
bi dixit Recede hinc inquit ꝛ va
de cōtra orientē et abſcondere in
torrente carith qui eſt cōtra ior-
danē ꝛ de torrente ibi bibas. cor
uiſqʒ precepi vt paſcant te. Qđ
factū eſt Quia ſcʒ cū illic abſcon
ditus moraret̃ corui offerebant
ſibi panem et carnes mane ꝛ ve
ſpere et bibebat de torrente. Po
ſtea vero ſiccatus eſt torrens nō
eñ pluerat dñs ſup terram. ꝛ iō
neceſſe habuit de loco illo recedē
et in ſareptā ſidonioꝝ vt ibi nu
triret̃ a muliere vidua ꝑtranſiē
Quā ſcʒ colligentē duo ligna in
venit que ipſū in domo ſua rece-
pit et de mādato dñi ipſū pauit
Vade īquit dñs ī ſarepta ſidoni
orū. ibi eñ p̄cepi mulieri vidue
vt paſcat te. Iſtud eñ expo-
nūt aliqui allegorice. Dicūt eñ
ꝙ helias eſt xp̄c torrens carith
qui interp̄tat̃ cōcisio. diuiſio vel
cognicio xp̄i paſſionē deſignat.
in qua etiam trans torrētem le-
gitur acceſſiſſe ꝛ in qua caro ſua
fuit ꝯciſa et ſinagoga ab eo diui
ſa. et caritas eius ad nos quāta
fuerit cognita eſt et viſa. Igitur
xp̄c verus helias ſcʒ ab iſto mū
do receſſit et ad torrentē id ē ad
fluctus paſſiōis et ad fluxū no-
ſtre mortalitatis acceſſit. vbi ſcʒ
abſconditus extitit inquātū diui
nitatis ſue potencia ibidem ſub
mortalitatis ymagine latitauit
Abacuc iij Ibi abſcondita ē for
titudo eius Et ibi etiam de torrē
te noſtre mortalitatis et fluxibi-
litatis guſtauit. p̄s De torrente
in via bibet. Tūc vero corui. i.
peccatorēs ad eum ꝑ fidem vene
rūt et eum pane et carnibꝫ. i. ꝓ
prijs elemoſinis et bonis operi
bꝫ necnō eucharistie fide et ſacri
ficio pauerūt et recreauerunt. et
ipſum per deuocionem propri-
am nutriunt Qualis coruus v-
tiqʒ fuit paulꝰ qui prius carnes
martirum deuorauit ꝛ poſtea ip
ſas predicando alijs per fidem
comedendas tradidit. et deo car-
nes immaculati agni obtulit.
vel carnes ideſt carnales. panes
ideſt iuſtos ad fidem eius con-
uertit. ꝛ ſic pane ꝛ carnibus iſte
coruus. heliam criſtum pauit.
Quod etiaʒ ad elemoſinarios re
ferri poteſt per quos in ꝑſona
pauperum dominꝰ ſe nutriri di
cit Yſaie viceſimooctauo Refici
te lapſum: et hoc meum refrige
rium Iſtum etiam aliusˢ coruus
ſcilʒ ethiops qui per philippum

credidit sicut dicitur actuū·viij
ꝓprijs carnibꝫ pauit inquantū
ꝓpriā vitā carnalem eius fidei
et seruicio subiugauit· Iob duo
decimo· Quis det de carnibꝫ su-
is vt saturemur ¶ Vel de alienis
carnibꝫ scȝ caritibꝫ pccōribꝫ· q̄s
tandē idem ethiopꝰ ad fidem di
citur cōuertiſſe· Finaliter tamen
iſte helias xp̄s siccato torrente
mortalitatis p reſurrectionē ad
viduā gentilem ideſt ad gentili
tatem iam diu a gratia dei vidu
atam· sicut ij regum nono capi-
tulo dr· heu mulier vidua ego
ſum· mortuus eſt enim vir me-
us· p fidem tranſiuit que ipſū et
fidem eius recepit et duo ligna
·i· crucem et paſſionem collegit
et credidit· et eum fide et operi-
bꝫ in domo ·i· in conſcientia vel
patria aluit et refecit· Unde iſta
ſidoniſſa videtur fuiſſe illa que
a finibus tiri et ſidonis egreſſa
clamabat· Miſerere mei fili da
uid Mathei· xv· Dic ꝙ iſta mu
lier gentilis· eſt anima peccatrx·
quam ꝓcerto cum verus helias
criſtus colligentē ligna ideſt ha
bentem memoriam et deuocio-
nem ad crucem ⁊ ad paſſionem
recepit libenter ad eam p gratiā
venit· et de farina ſue deuocionis
et de oleo ſue cōpaſſionis come-
dit et ipſaȝ in lechito cord mul
tiplicat et cuſtodit· quouſqȝ de
us pater pluuiam eterne conſo
lacionis eidē tribuit atqȝ mittit·
Ydria inquit farine non deficiet
nec lechitus olei minuetr quouſqȝ
qȝ deſup detur pluuia ¶ Vel iſta
exponantur miſtice et dicatur ꝙ
helias pphta qui ſe ſtare in cō
ſpcū domini dicebat· viuit inqt
dominus in cuiꝰ cōſpcū ſt o· figt
eccleſiaſticū bonum vel rligioſū
qui ſcȝ achab peſſimū regem di
abolum et iezabel peſſimā muli
erem· ſcȝ carnem vel mūdi ꝓſpe
ritatem que ſcilicet prophetas
domini ideſt ſanctos viros non
ceſſat ſpiritualiter occidere· for-
midans et metuens · ex domini
mandato ad torrētem deuocio-
nis et religionis in clauſtro vel
cauerna humilitatis latibulo ſe
abſcondit· et a mūdi gloria ⁊ t
ba negociorū ſecularium ſe ſub
trahit et ſuſtollit· vbi paulſubi
o ex diuina prouidentia ſibi nō
deficit aliquid qꝛ ſcȝ p ipſos cor
uos· i· p ipſos ſeculares ⁊ pecca
tores et per ipſos eciā crudeles
principes ſeculares aliquociēs
eos deus nutrit inquātum ſcilȝ
ipſos malos homines ad proui
dendū et cōpatiendū ſuiꝰ ſanctis
ſeruitoribus occulte inſpirat et
inducit Ad quod facit exemplū
de egipcijs qui filijs iſrahel nu-
tu dei vaſa aurea accōmodaue-
rūt et eis de thezauris ꝓprijꝰ di
tauerunt· Sapientie decimo· Iu
ſti tulerūt ſpolia impiorū Mul
ta enim monaſteria fundauerūt
multi peſſimi vſurarij· elemo-
ſinas et lautas pitantias reli-
gioſis dederunt et corui heliam

latitantem in dei nutu ſpiritualiter nutriuerūt ¶ Nō timeat igitᵘʳ aliquis ꝓpter inopiam in religione ſe abſcondere quia potensᵉ ē deus ⁊ p coruos et p viduam ſareptenā id eſt p malos et bonos eidem neceſſaria miniſtrare. ¶ Jō de abſcōſione noſtra a mūdi gloria dicitᵘʳ ruth iij. lauare igitᵘʳ et vngere et induere cultioribꝰ veſtimentis et deſcende in areā boꝫ ¶ Non te videat homo. ¶ Sicut dicitur hic vidua sareptena cui p̄ceperat dn̄s ꝙ heliam nutriret non habebat niſi modicū farine in ydria et modicū olei ī lechito. quinymo ſicut in textu dicitᵘʳ ipſa duo ligna colligebat vt panem ſubcinericiū faceret ⁊ inde vna cū filio manducaret. En inquit colligo duo ligna vt faciam illud michi et filio meo vt comedamus et moriamur. Quaſi diceret ¶ Neceſſe erit mori iſtis ↄſūptis cū nō habeamus ā plius quod comedamus. ¶ Jgitᵘʳ Helias quādo venit et īuenit ipſam. primitus aquā pecijt. Da michi inquit paululū aque vt bibam. ad quā apportandā vidua ꝓperante clamans poſtea ſubiūxit ¶ Affer mihi inquit bucellā panis in manu tua ¶ A quo cum ipſa ſe excuſaret ꝙ illud qđ habebat ſibi et filio ſuo nō ſufficiebat. Reſpondit. Primū inquit michi de ipſa farina fac ſubcinericiū panem: tibi autē ⁊ filio tuo poſtea. Hoc enī dicit dominꝰ ꝙ ydria farine nō deficiet et lechitus olei nō minuetᵘʳ quouſqꝫ dederit dn̄s pluuiā ſup terrā Quo audito vidua ſubcinericiū panē ꝓphe fecit. et extūc ꝙ diu durauit ſterilitas tā farina ꝙ oleū nō defecit. ¶ Jſta pn̄t allegari exēplariter et miſtice ad plura Et pͥmo exemplariter ad hoc poteſt induci ꝙ ſi facis ſtulto aliquaꝫ graciā nō cōtentus ipſe ſtatim īportune petit aliam. Sic hic fecit helias cui non ſuffecit impetraſſe ſolam aquam quam petierat. ymo et bucellaꝫ panis protinus poſtulauit ¶ Jdeo inter ruſticos ē ꝓuerbiū. Si datis ſtulto caſeū querit a vobis panem. Et in hoc eciam quod ſequitᵘʳ tales īportuni helie equiparantᵘʳ qꝛ ſcꝫ nō curant quantū homini remaneat dū tamen ſibi ante omnia quod appetūt cōcedatᵘʳ. ¶ Fac michi pͥmū inquiūt: tibi autē et filio tuo poſtea facies. cū tamen nullus ab alio debet petē illud quod neceſſariū videt ſibi eē. qn ymo in omni grā ſemp eſt racione egeat attendenda ¶ Contra q̄s optunos dicit ſeneca. ¶ Nichil petas quod negatur? fuiſti ¶ Vel etiam iſta exemplariter pn̄t allegari ꝙ qn̄ aliqua vidua. i. aliqua pſona heliā. i. bonos religioſos et ſcōs viros ſeu xp̄m in pſona pauperꝫ nutrit et ī vſu pietatis bona ſua. farinā et oleū. i. cibos et victualia libenter expēdit. et q̄muis parum habeat:

manū tamē ad miſerandū alijs
pſonis clementer extendit · Et
ergo diuina ꝓuidentia ſibi non
deficit ſed potius bona ſua ex h̄
multiplicat · Jdeo bene dicit̄ lu·
vi · Date et dabitur vobis · Et ꝓ
uerbiorū xviij · Qui dat paupi
non indigebit · ſicut de iohanne
elemoſinario legitur ꝙ cū omīa
pauperibꝰ tribuiſſ; · ita ꝙ michil
in archis remanſiſſ; ſibi · michi-
lominus ſperās in deū in craſti-
num ad archas redijt · et ipſas
plenas frumentis inuenit et iō
nūq̄ꝫ debet virum miſericordem
penuria bonorum terrere · ſ; po-
cius debet pauperibus largiter
dare · quia potens eſt deus ⁊ ip
ſi bona ſua modica multiplicat̄
facere abundare · Vnde ꝓuerbi
orum xi · dicitur ꝙ alij diuidūt
ꝓpria et ditiores fiunt · Alij ve
ro rapiunt non ſua : et ſemꝑ in
egeſtate ſūt · Vnde apoſtolꝰ Po
tens ē enim deus omnem grām
abundare facere in vobis ⁊c̄ Et
ibidē hilarē datorē diligit deꝰ ·
ſecūda ad coꝛ · nono ¶ Vel dic
miſtice ꝙ iſta vidua eſt eccleſia
vel anima que ſc; duo ligna id ē
crucē xp̄i · que cōſiſtit ad minus
ex duobꝰ lignisꝰ per deuocionem
colligit · farinam ſacre ſcripture
oleumq; diuine gratie habet in
ydria et in lechito cordis cuſto
dit et filium ſuum · i · fidelem po
pulum inde nutrit · Ab iſta igi-
tur helias · i · xp̄s plura petit ſci;
primo aquā que faciliter ſorbe
tur · ideſt opera facilia : deinde ſi
adhuc ipſū obedientem videat
petit ab ea panem qui cū diffi-
cultate maſticat̄ · ideſt opa ma-
gis pfecta et difficilia · que ſcilic;
ſubcinericia debent eſſe · et ſub ci
nere ideſt ſub cōſideracione nrē i-
ḡnacionis et mortis dn̄t eē ᵱpo
ſita et decocta · Jnfra eodē libro
xix · Reſpexit helias · et ecce ad
caput ſuū ſubcinericius panis ·
Helias ei in pluribꝰ locis panē
ſubcinericeū dediſſe legit̄ ad de
notandū ꝙ helias nr̄ xp̄s ī opi
bꝰ ſubcinericijs · i · ī illis que fi-
ūt cauſa mortis memorie q̄ꝫ plu
rimū delectatur · Dicat igit̄ qui-
libet illud iob xli · Ago penitē-
tiā in fauilla et cinē · Sic igit̄ ta-
lia xp̄s īperat cū farinā et oleū
· i · ſciam ⁊ grām bonaq; ſpūalia
augmētat · et cōtinuat · quouſq;
pluuia eterni refrigerij ſuꝑ ip-
ſam veniat et deſcendat · Illō ei
ē verū ꝙ qui bene obedit deo in
aq̄ · i · in mīoribꝰ · dignus eſt ex-
erceri in pane · i · in difficilioribꝰ
et ſi bene ſe habeat inquantum
ad ſpūalia · et temporalia multi
plicātur · et finaliter ipē pluuia
eterni refrigerij conſolatur Jſta
enim que h̄ vel ſpūaliter vel tē-
poraliter a deo multiplicant̄ ſo
lū uſq; ad deſcenſum pluuie du
rare ꝑmittūt̄ · q2 ſc; aduemente
gloria · bona temporalia noſtra
ex toto pereunt · grē v̄o et virtu
tes ī meliuſ cōmutāt̄ Vel dic ꝙ
mulier ē eccl̄ia · q̄ farinā et oleū

ideſt corpus xp̄i et ſanguinē ꝓ
ſe et filio ſuo ·i·ſubiecto populo
nutriendo cū duob' lignis ideſt
cū crucis memoria decoquit· et ī
ydria et lechito cordis cuſtodit
ipſū quoqꝫ helie·i·bono ſacerdo
ti ꝯmunicat et diffundit· Hui⁹
igit' farine et olei·i·corpis ⁊ ſan
guinis xp̄i tanta ē v̄tus ꝙ dato
ꝙ ꝯtinue comedat' ſine defectu
ꝑpetue tū̄ ꝯtinuū et integrū repi
tur Ideo in ꝓſa canimus· Su-
mit vnu' ſumūt mille quātū iſti
tantū ille ⁊c̄ ¶ Illud etiā nūc vſ
qꝫ ad temp⁹ nobis dat' ſcꝫ ſolū
ꝓ tp̄e hui⁹ vite quouſqꝫ pluuie
eterne glorie diſtillēt'· tūc ei ad
ueniente lūine ceſſabit vmbra ⁊
habita veritate figura penitus ſu
ſtollet'· Joſue v· Defecit māna
poſtq̄ꝫ comederūt de frugib' ter
re ¶ Mortuus eſt filius vidue
mulieris apud quā helias hoſpi
tabat'· cui⁹ mortē in heliā retor
quens furibunda mater incepit
dicere viro dei Quid michi inq̄t
et tibi vir dei ? Ingreſſus es ad
me vt rememorarent' iniquita-
tes mee et interficeres filiū meū
Quod videns helia' filiū vidue
mortuū in cenaculū vbi mane-
bat detulit·ipſūqꝫ ſup̄ lectulum
ſuū poſuit ⁊ ſe ſup̄ pueꝝ tribus
vicib' expandit· et ſic rogando
dn̄m ipſū a mortui' ſuſcitauit ⁊
viuū matri ſue cōmendauit ¶
Iſta pn̄t exemplariter allegari
ꝓ quadā opinione quaꝝdā qui
ſcꝫ ſecū nollēt hr̄e viros pfectos

et iuſtos timentes deū ne ex cō-
pacōe ſue male vite ad eoꝝ ſan-
ctā vitā deus de ipſorū iniquita-
tib' recordetur et ad occidendū
filiū eorū·i·ad puniendū eos ā
plius excitet' Vnde etiā de q̄buſ
dam nautis audiui ꝙ duos re-
ligioſos quos in naui ſua habe-
bant imminēte tēpeſtate in ma
re voluerūt ꝓiicere dicentes· ꝙ
ꝓpter eoꝝ iuſticiam deus vole-
bat ipſoꝝ nautaꝝ iniq̄tates pu
nire ¶ Dic allegorice ꝙ mr̄ iſta
eſt ſinagoga que ſcꝫ heliā nutri-
uit: in aduentu tū̄ eius illius fi-
lius·i·populus qui antea viu⁹
fuerat p gracīā ꝓpter ſuā incre-
dulitatē mortē ſp̄ualem et eter-
nam incurrit· Finaliter tū̄ xp̄c ī
cenaculū ecc̄ie eos ducet et ſup
lectū fidei ſue cōſtituet· et tribus
vicibus·i·p fidem trinitatis quā
eis īſpirabit ſup eo' incūbet ⁊ ſic
eos viuificabit p gracīā et matri
eorū·i·ecc̄ie reddet Ozee vi Viui
ficabit nos poſt duos dies: tcia
die ſuſcitabit nos ¶ Vel dic ꝙ
mulier eſt humana natura cui⁹
filius ſcꝫ adam cū poſteritate ſua
mortuus fuit ſed helias deus fi-
liū iſtum ſcꝫ hominē p incarna-
tionē aſſumpſit et eum in cena-
culo ſuo ideſt in iheruſalem ſup
lectū crucis expandit et tribus
vicib'· ideſt tribus diebus ſup
eum in ſepulchro incubuit· ⁊ ſic
eum a culpa que eum pereme-
rat ſuſcitauit· Allega vt ſupra·
¶ Vel dic moraliter· ꝙ mater

iſta eſt cõſcientia que filium ſu-
um ideſt coꝛ vel animam vidēs
moꝛtuū p peccatū debet ad heli
am·i·ad deum cõcurrere qui ſcꝫ
ſolet moꝛtuos tales in cenaculū
poꝛtare·i·ſurſum ad bona eter-
na poꝛrigere·et eos ſup lecto ſu
o·i·ſup requiē felicitatis eterne
p deſiderium collocare·et ſic ſem
p ſolet gratiarum largitionē ſu-
per tales expandere et trib⁹ vi-
rib⁹ ſcꝫ p ſpem fidē ⁊ caritatem
ſe eis applicare· et ſic ſolet eos a
moꝛte peccati ſuſcitare·⁊ viuos
et ſanctos conſcientie mandare
Ita ꝙ tunc poterit dicere illud
ſupra tercio Filius meus viuit·
Volens helias poſt ſic-
citatem triennalem ⁊ ſe
meſtrem pluuiam darē
terre·prophetas lucoꝝ et ydo-
lorum vocauit et ſic cum ipſis co
ram populo pactum fecit· ꝙ ſi
turba ꝓphetarum bouem occi-
deret et ſuper ligna in altari po-
neret·et ꝙ helias de alio boue ſi
militer faceret ita ꝙ ille de dño
et de baal deus diceret qui de ce
lo ignē ad vocem ſuoꝝ ꝓpheta
rū mitteret·q̄ ſacrificiū deuora-
ret· Igitur ꝓphete baal ignē de
celo īpetrare neq̄ciis q̄nimo ſe ī
cidētes et ſanguinē ꝓfundentes
et deū ſuū inuocātes īuanū labo-
rauerūt· Helias v̇o oꝛōe ſua ig
nē de celo ꝓtulit q̄ oblatū deo ſa
crificiū deuorauit Helias pro
pheta dñi ſig̃t catholicos et vi-
ros pfectos et bonos: ꝓphete
vero baal ſig̃nt hēticos et ypocri-
tas hoīes et malignos qui ſcilꝫ
baal q̄ īterp̄tat᷑ deuorācō·i·ꝓpi
ventris q̄ guloſe deuorat ꝓphete
ſūt·et eū tāq̄ deū reuerēt᷑ et co-
lūt Ad phili·ij· Quoꝝ de⁹ vēt ē
ꝛc̄ Igit᷑ ſi volū⁹ ſcire q̄ iſtoꝝ ſūt
boni et iuſti videam⁹ q̄d ſūt illi
q̄ de celo faciūt ignē deſcendē·i·
q̄ ſpūꝫ ⁊ dīnā grāꝫ pūt a d̄o ꝓ ſe
et ꝓ aliis ſuis oꝛōib⁹ īpetrāē·qꝛ
ꝓ cͤto illi q̄ de celo michil īpetrāt
dato ꝙ lācolis·i·peītētiis ſe ex
teri⁹ īcidāt et dato ꝙ multi⁹ oꝛō
nib⁹ clamēt et ꝙ bouē·i· carnē
ꝓp̄ā p auſteitatē īmolēt atꝫ ma
cerēt· ſic ad lrāꝫ faciūt hētici et y
pocͤte·nō ſūt tñ hoīꝓphete nec
hoī nec iuſti ſꝫ ēuēa helias·i· ſci
vi et nō ficti q̄ ſūt fideles catho
lici ignē ſpūs ſci et caritati⁹ de ce
lo trahūt· et ſic veri dei cultores
ſe oñdūt· Jō ioh·ix·d²·Sci⁹ ꝙ
de⁹ pccōres nō exaudit· ſꝫ ſi q̄s
dei cultoꝛ ē hūc audit Vel ſi vis
p ignē ītellige ſereītatē tēporū
ad quē petēdū et īpetrādū ꝓceſ
ſioēs ſiūt vt ſ̄ Volēs helias ig
nē de celo obtinē altaē de xij·la-
pidibus fecit et bouem vnum
p fruſta cōcidēs ſtrue lignoꝛum
ſuppoſita ſup altaē mēbra cōpo-
ſuit et in circuitu altaris dua⁹ a
rūculas ideſt aq̄ ductum p duo
loca ſ̄m comeſtorē ecīā oꝛdinait
et tunc q̄tuoꝛ ydrias aq̄ nō ſolū
ſemel imo 2° et tcͤio ſ̄ lig̃ ⁊ ſacri
ciū fūdi iuſſit ita ꝙ aq̄ductū iple
uit· Tūc ip̄o oꝛāte ignis de celo

ceci͞dit q̄ holocauſtū lignaqꝫ ⁊ la
pides deuorauit·puluerēqꝫ et a
quā lambuit·Mox vero ꝓphe
tas baal qui ignē de celo impe=
trare nequiuerāt apphendit·et e
os ad torrentē cyſon viriliter in
terfecit ¶Hic vero dico moralit̄
loquēdo qn̄ helias·i·aī9 vult bo
uē ſuū·i·ſuā carnalē vitā dn̄o y
molare et ignē diuini amoris et
ſupne beniuolēcie deſurſū a prē
luminū impetrare plura ſūt ſibi
neceſſaria: qꝛ ꝓ certo ipſe dꝫ de
xij·lapidib9·i·de xij·articulis fi
dei altare ſue ꝯſciēcie ꝯſtruere ⁊
duplicē aqueductū·i·duplicem
lacrimoſam ꝯpūctionē· vnā ſcꝫ
que fiat amore ⁊ aliā que fiat ti
more dꝫ fabricare Ps̄ Aſcenſio
nes in corde ſuo diſpoſuit ī val-
le lacrimarū· Debet ligna ideſt
ſanctoꝝ patrū exempla apponē
et bouē ſue carnalis vite debꝫ cō
fitendo p membra diuidē ⁊ iugē
memoriā in altari cordis et ꝯſci
encie ordinare leuitici p̄mo De
tracta pelle hoſtie artus in fru=
ſta cōcidēt et ſubijcient in altari
ignem ſtrue lignoꝝ an̄ ꝯpoſita
et menbra que ceſa ſūt deſup or-
dinantes Tūc vero debet homo
quatuor ydrias aque·i·quatuor
lacrimarū gn̄a ſcꝫ ꝓ malis ꝯmiſ
ſis et ꝓ bonis omiſſis·et ꝓ inco
latu miſerie ⁊ ꝓ dilacione glorie
ſupfundē· que ſcꝫ trib9 vicibus
hoc eſt dictu ꝓ peccato cordis
debet ſacrificiū ſpūs cōtribulati
abluere·ita ꝙ ꝯductū cōſciencie

etiā debet humiliter implere·Jo
hānis ij·Implete ydrias aqua
Quia ꝓ certo ſi iſta fecerit ignis
diuine caritatis et beneplaciti et
grē de celo ideſt de ſurſū a deo de
ſcendet·qui ſacrificiū et bouem
carnalis vite ꝯſumet ⁊ ligna bo
norū exemplorū· aquā lacrima
rū et lapides fidei articuloꝝ·nec
nō puluerē ideſt cōſideracionem
mortis et futuroꝝ que in hoc ſa
crificio adhibita ſūt cū beniuo-
lencia recipiet et aſſumet· Ma-
lach·iij· placebit deo ſacrificiū
iuda Etiam ignis interioris cari
tatis tum de celo inſpirat᷑ et mit
tit᷑ a quo oīes ꝑtes cordiales
ſacrificij cōflagrant᷑ Treū·p̄o·
De celo miſit ignē ī oſſib9 meis
Et tūc etiam oīes ꝓphete baal
ideſt male cogitaciones·p̄ſump
ciones et ymaginaciones et opi
niones de corde ſicut de terra iſ=
rahel extirpant᷑ ¶Cū helias
aſcendiſſet ad verticē carmeli et
pronus in terram faciem ſuam
inter genua poſuiſſet·miſit pue
rū ſuū vt ſepcies reſpiceret ꝯtra
mare·ſeptima vice vidit nubecu
lā puam quaſi veſtigiū homini᷑
aſcendentē de mari·⁊ tūc celi ob
tenebrati ſūt et nubes et vēti ſur
rexerūt· et facta ē pluuia grādis
valde ¶Nubes iſta cui9 aſcen
ſus pluuiā miſit in mūdū·xp̄m
ſignificat qui ſcꝫ fuit nubecula p
puritatē pua p humilitatem·q̄i
veſtigiū hominis p aſſumptam
humanitatem·aſcendēs d̄ mari

huius mundi p ingreſſum ad e
ternā felicitatem quia reuera ſep
tem reſpectus amare vite in eo
fuerunt qui aſcenſū hui⁹ com⸗
pleuerūt Primus fuit natiuitas
2⁹ circumciſio Tercius baptiſ-
mus Quartus paſſio·quītus ad
inferos deſcēſio Sextus rſurrec
tio·ſeptimus aſcenſio quē ſcilicʒ
ſecutus eſt octauus ſcilʒ nubes
et ventus ſcʒ ſpūs ſcī flatus et in
ſpiratio et pluuiarū ideſt dono-
rum et cariſmatum in pēthecoſ
te larga donacio ·Poſt aſcēſum
enim huius nubis pluuia gra⸗
tiarum multiplicium fuit ſecuta
per quam terra humani generis
fuit irrigata·ꝛ bonis fecundata
Pš·Operit celū nubibꝰ: et pa-
rat terra pluuiā Vel dic ſi vis
de aſſumpcione vel aſcenſioē glo
rioſe virginis pure parue hui⸗
lis et dulcoroſe que ſcʒ poſt ſep⸗
tenarium donorum et virtutū·
celos aſcēdit·et nobis pluuiarū
et gratiarum ſpiritualium copiā
ꝑparauit Vel dic ꝙ qn̄ p māda
tū vel documentū helie·i·boī ꝑ⸗
dicatoris et ꝓlati puer·i· pccōr
qui ē infirmus et ignar⁹· more
pueri ad mare·i·ad cor ſuum a⸗
marū et cōpūctū reſpiciat ꝛ ſep
cies·i·p conſideracionē vij·pccō⸗
rū mortaliū faciē ibi v̄tit·nube⸗
cula pure affcōis et cogitacioīs
inde ſurgit·et pluuiā lacmaꝝ ge
nerat·et fecūditatē v̄tutū produ
cit·pluuijs germīat herba 2° re
gū xviij Helias propheta⁹ ba
al eſſe falſiſſimos et mendaces
probauit et poſtea ipſos inter⸗
fecit· Sic ꝓlatus vel iudex ꝓo
dʒ malos cōuincē· et demū ad e
oꝝ interfectionē ſeu puicōem dʒ
procedē· Qđ vtiqʒ de falſis pro
phetis·i·falſis hēticis dʒ fieri q̄s
iudex dʒ poti⁹ ꝙ alios pccōes ex
ſtirpare·Exo·xxij· Maleficos
non patieris viuere ſup terram·

Cum helias vir cōſtans
et fortis eſſet · ita ꝙ a⸗
chab impiū regē redar
guere non timuiſſ;·et ꝓcib⁹ ſuis
mortuū ſuſcitaſſ;· et de celo ignē
et pluuiā impetraſſ;·et ad puni
endū iudicē a deo fuiſſ; ꝓordina
tus·ſicut patet malachie q̄rto·
a facie tamē vnius mulieris vi
ue iezabel regine timuit· propt
qđ· relicto puero ſuo in deſertū
fugit vbi tedio affect⁹ anime ſue
pecijt ꝙ morēt·ꝛ mortē quam
ſibi a iezabele inferri timuerat·a
domino poſtulauit·obſecro in⸗
quit·domine Aufer animā meā
et in vmbra iunipi ſe ſubijciens
obdormiuit· Angelus vero dm̄
eum dormientem inueniens a
ſompno excitat· et ad comeden
dum panem ſubcinericiū et ad
bibendum aquam invitat · qui
poſtꝙ comediſſ; rurſū obdormi
uit ꝛ angelu⁹ iterum ipſum tan
git ꝛ adampliu⁹ comedēdū ip⸗
ſum inuitat fortius et inducit ·
ſurge inquit comede·grandis e⸗
nim tibi reſtat via · Hic igitur
ſurgēs iterato comedit et bibit·

et quadraginta diebꝰ et noctibꝰ
vſqȝ in montē dei oreb in ipſiuſ
cibi fortitudine ambulauit · ¶
Exponendo moraliter helias ſi-
gnificat virū ſanctū · achab rex
impius dyabolū ſignificat · ieza-
bel que fuit eius vxor · ſanguinē
carnē ſeu luxurie ꝑt fluxū: deſer-
tū vero · penitencie vel religionis
ſignificat ſtatū Juniperus ar-
bor pūgitiuarum difficultatū ſi
gnificat ſtimulū: vmbra vͦo que
delectabilis eſt honores et excel
lēcias denotat: angelus aūt pec
catorem vel diuinā inſpiracionē
vel ſacrā ſcripturā vel timorem vel
circūſpectionem ſignificat: panis
vero ſubcinericius mortis ſigni-
ficat ꝯſideracionem · aqua · lacri
marū ꝯpūctionē: mōs oreb · pa
diſi cōſolationem Interꝑtatꝰ eni
oreb menſa · Igitꝰ iſta eſt veitas
ꝙ dato ꝙ helias · i · homo iuſtꝰ
et virtutibꝰ ꝑfectus · multis pol
leat virtutibus ita ꝙ habeat cō-
ſtanciā ad achab · i · ad ipſos ꝑn
cipes redarguendū: prudenciā
ad falſos prophetas et hēticos
ꝯfutandū et ad ſupandū: ſancti
tatem ad ignem diuini amoris
et pluuiā beneficioꝝ celitus im-
petrandū: eloquenciā ad pecca-
tores mortuos de morte culpe
reſuſcitandū Nichilominus ta-
men reſtat qđ debet ſūmope for
midare · hoc eſt · debet fugere ⁊ vi
tare ꝑſecutionem iezabel ſcȝ mere
tricē · i · carnem propriā vel luxu
rie molliciem et caritatē et ſang
winis corruptelā Iſta ē eni que
ſanctos viros ꝑſequitꝰ · et cū oīa
vicerit ab hac tanqȝ a regina po
tentiſſima ſupātur Apo · ij Per
mittis mulierē iezabel ſeducē ſer
uos meos et docere fornicari et
manducare Et ideo cū cōtra iſtā
vicicū fit remediū ſcȝ fugē et oc-
caſiones vitare · ergo iſte heliaſ
· i · homo iuſtus relicto puero · i ·
quacūqȝ puerili imbecillitate ⁊ ig-
norancie · deſertū penitencie vel
ſtatū religionis qn̄qȝ ingreditur
vt ibi ſub iunipero ideſt ſub pū
ctionibꝰ diuini timoris · et diſci-
pline regulis degēs · a iezabel · i ·
a luxuria vel carnis piculis eru-
atur ſicut ad lrām fuerūt hēmi-
te de quibꝰ dicitꝰ iob xxx · ꝙ ege
ſtate ⁊ fame ſteriles redibant ī
ſolitudine et manducabant her
bas et arborū cortices id ē radix
iuniporū erat cibus illoꝝ Sȝ qđ
Pro certo ſepe fit ꝙ poſtqȝ ho-
mo ad deſertū religionis confu
git et difficultates ⁊ diſciplinas
obſeruancias obedienciā et alia
grauia recipit · et etiam temptatio
nes et ſtimulos carnis ſentit · qn̄
qȝ tedio affectus et quaſi de in-
greſſu penitens mortē ſibi expo
ſtulat et requirit · dicens cum fi
lijs iſrahel carnalibus illud exo
di xvi · Vtinā mortui eſſemuſ in
egipto vbi ſedebamuſ ſup ollas
carniū ⁊c̄ Et ideo talis ſic affe-
ctus vmbrā iunipi ideſt ſtatum
eminēcie ꝓſperitatiſqȝ refrigeri
um ⁊ ꝑlacēciꝰ officiū in religiōis

deſerto aliquociēs ſibi q̄rit· Q̄ ꝺ
cū obtinere poteſt in delicijs et
ſolacijs dormire incipit et ſic de
ſertū penitētie quod elegerat in
delicias ſibi vertit· Yſa·1° Ponit
deſertū quaſi delicias: ⁊ ſolitudi
nē quaſi ortū dn̄i· Sꝫ reuera tali
ſic dormiēti angelus domini ſcꝫ
bona inſpiratio vel cōſideracō vel
bona ſacre ſcripture lectio · vel
bona predicatoris vel p̄lati vel a
licuius alterius viri iuſti moni-
cio ſtati dꝫ adeē qui ipſū dꝫ exci
tare ⁊ a ſompno torporis diſcu
tē et vrgere· ſic̄ actuū·xij·patet
ꝙ angelus paſſo latē petri ex-
citauit eū dicēs·ſurge velociter·
Qui ſibi debet dicere ꝙ ſurgat·
et ꝙ panē ſubcinericiū ideſt ſue
mortis memoriā pre oculis ha
beat· et aquā lacrimarū bibat·
et ꝙ cauſam quare intrauit deſ
tum penitentie attēdat·et ꝙ ad
obſeruantiam diſcipline quā p̄
termiſit redeat et accedat Dicēs
illud apo·ij· Memor eſto vnde
excideris: et prima opera fac· J
gitur ſepe fit ꝙ homo ſic excita
tus et motus a ſompno torpo-
ris ſurgit·dicēs illud ad roma·
xiij· Hora eſt iā nos de ſompno
ſurgere Et ad ſubcinericiū panē
et aquam ideſt ad mortē cogitā
dum et ad peccata ſua plagēda
ſe humiliter vertit· Pſ· Cinerē
tanq̄ panē mādurabam: et pocu
lum meum cum fletu miſcebam
Sed ꝓ certo ſepe fit ꝙ ex fragi-
litate ꝓpria homo iterum ob-

dormit· et iterum ad vmbrā ·i·
ad mundane proſperitatis dul-
cedinem que ſicut vmbra fluit ·
ſe conuertit et ideo angelus ſuꝰ
·i·racio vel cōſideracio mentis ip
ſum debet excitare· et q̄ꝫ lōga ſit
via ſcilꝫ eundi de hoc mūdo ad
patrem ſibi debet oſtēdē· ⁊ eum
ad dietam priſtinam inuitare ·
Surge inquit comede · grandis
enim tibi reſtat via·quia ſcilicet
tunc ex toto ſuo conatu ſurgere
tenetur et panem et aquam ſibi
oblatos ſcilicet mortis memori
am et lacrimoſam compunctio-
nem comedere· vt ſic p xl·dies
ideſt p laborem vite preſentis q̄
in numero quadragenario deſi-
gnatur· poſſit ad mōtem dei o-
reb ideſt menſam p̄adiſi fortit
ābulare Yſa·2° Veite aſcēdāꝰ ⁊c̄
C Vel ſi vis intellige prelatum
vel preſidem vel eciam quēlibet
virum iuſtū et dic p omnia ſic̄
ſupra quia iſte debet ſubditū de
fidem excitare et ad penitentiā
⁊ diligentiā īuitare C Vel dic ꝙ
helias ē bonꝰ p̄latus r̄ligioſus
qui iezabel·i·carnis pericula fu
giens ad deſertū religionis venit
vbi ꝓ certo quatuor inueīt qui-
bus mediātibꝰ ad montem dei
oreb ideſt ad paradiſum pertī-
git· Jſta igitur quatuor ſūt vm-
bra iuniperi cuiꝰ cineres ſeruāt
ignem inextinguibilem p annū
ſm ioſephū hoc ē crucis pūgiti
ua mēoria et cōpaſſio p quam ī
corde nrō ſeruatur ignis·i·dinꝰ

amoꝛ et dilectio· Canti· ij· Sub
vmbra illius quē deſiderabā ſedi
Item panis ſubcinericius ē moꝛ
tis et incarnacōis nrē memoria
et recoꝛdacio Job xlij· Ago pe⸗
nitenciā in fauilla et cinere· Itē
vas aque eſt lacrimarū fletus ꝯ
invndacio· ps Potū dabis nob
in lacrimis et in menſura Itē an
gelꝰ incitans· i· boni p̄lati coꝛre
ctio vel bonoꝝ ſocioꝝ monicō et
exhoꝛtacio vel ſacreſcripture in⸗
ſtructio et deuocionis et ꝯtēpla⸗
cionis meditacō Thobie v· An
gelus eius ꝯuerſetꝛ nobiſcū Iſta
eni ſūt quatuoꝛ que ꝯcomitantꝛ
heliam in deſerto ideſt religioſū
in clauſtro ꝑ que ſcꝫ cicius ꝑtin
git ad montē ꝑadiſi in celi ſupci
lio vel etiā ad montē ꝯtemplacō
nis· in ꝑfectionis faſtigio· ps·
Quis aſcendet in montē dñi ⁊c̄
¶ Vel dic ꝙ helias in deſerto ñ
legitꝛ doꝛmiuiſſe niſi ſub iunipe
ro pūgitiua· nec bibiſſe niſi de a⸗
qua nec comediſſe niſi de ſubci⸗
nericeo pane· nec locutus fuiſſe
niſi cū āgelo In quibꝯ ſcꝫ inſtru
itur religioſus ꝙ nō debet delici
as querere· nō ſocietates ſecula⸗
riū vel vaniloquia frequentare
· quinymo panem ſubcinericiū·
ideſt moꝛtis memoꝛiam et hūi⸗
liacionem· ſuijpſius ꝯſideracōeꝫ·
aquā lacrimarū et ꝯpūctionem
debet comedē· et cū angelo· i· cū
deo et angelis ꝑ oracionē vel cū
mente ſua ꝑ meditacionē debet
colloquia ſua facere et alias ſilē
ciū obſeruare· Et ſi ipſum ꝑ ali⸗
quas ꝯſolacōes et delectaciones
aliqualiter doꝛmiē ꝯtingat· hoc
ſemꝑ debet eſſe ſub iunipo ideſt
ſub pūctione diuini timoꝛis per
penarū infernaliū cogitacionē·
vel ſub iunipero· i· ſub memoia
crucis et paſſionis ꝑ ꝯpaſſionē
et deuocionē: qꝛ ꝓ certo religio⸗
ſus in clauſtro debet in abſtinē⸗
cia viuere: ſilenciū ſeruare: et ſi
q̄d ꝯſolacōis habuerit ſemꝑ dꝫ
illud ſub iunipo· i· in timoē dñi
et in ꝯpūctione ꝯtricōis et in cō
ſideracōe infernaliū toꝛmentoꝝ
exercere Eze· xij· Fili hoīs in cō⸗
turbacōe comede ¶ Vel dic ꝙ he
lias ſigt peccōrē q̄ in vmbra mū
dane ꝓſperitatis doꝛmiens quā
do ab angelo· i· a p̄dicatore an⸗
gelico excitatꝛ faciliter redoꝛmi
re et in toꝛporē et negligenciā re
cidere ꝯprobatꝛ· qua ꝓpter ille ā
gelus· i· p̄dicatoꝛ vel p̄latus ip⸗
ſū iterū tenetꝛ tangere et ad ſur⸗
gendū de peccato et de toꝛpoꝛe
negligencie ipſū cōcutere· et pa⸗
nem et aquā· i· deliciaꝝ abſtinē⸗
ciā ſibi iniūgē et longam viā et
difficilem quā poſt moꝛtē factu
rus ē ſibi ītimaē· vt ī cibi illiꝰ foꝛ
titudine vſqꝫ ad mōtē dei oreb·
id ē ad ꝑadiſū venire poſſit que
ꝓprie mōs dei oꝛeb· i· mēſa int⸗
p̄tatꝛ pro eo ꝙ ibi eterne refecti
onis mēſa bonis et laboꝛioſis ho
minibꝯ ꝑparatꝛ ps Paraſti in cō
ſpectu meo menſam aduſus e⸗
os qui tribulāt me ¶ Vel dic ꝙ

panis iſte ſubcinericius ſigt̄ ſac̄
mentum altaris · vbi panis qui
de celo deſcēdit ſub cineribꝰ acci
dētium cōtinet̄ qui ſcꝫ peccatori
a ſompno peccati p penitētiam
ſurgenti ab angelo ideſt a ſacer̄
dote porrigit̄ vt in fortitudine
eius in quadragenario huius vi
te laborioſe ambulet · et ad mō
tem domini ſcꝫ paradiſū attingere
et progredi mereatur · P̄s · Pa⸗
nis cor hoīs cōfirmet · ¶ Cū he
lias eſſꝫ in mōte dn̄i oreb et ſiti⸗
ret in ſpelūca dictū eſt ſibi ꝙ ex
iret et corā domino foris ſtaret ·
Quid inquit agis helia? Egre⸗
dere et ſta corā domino in mōte
Ipſo igit̄ ad oſtiū ſpelūce egre⸗
diēte et ſtāte et ecce ſpūs fortis
et grādis cōterēs petras et ſub⸗
uertēs mōtes trāſiuit ante dn̄m
corā eo · ſꝫ nō in ſpū dn̄s · Pꝰ ſpi⸗
ritū vo cōmocio · et nō in cōmo⸗
cione dominꝰ · Pꝰ cōmocionē ig⸗
nis · ſꝫ nō in igne dominus · Pꝰ
ignē vo trāſit aura lenis · et tunc
ī aura fuit dominꝰ ꝓpter quod
helias faciē ſuā pallio cooperu
t · et ſic dn̄i locucōem audiuit ¶
Iſta poſſunt exponi diuerſimo
de Helias ei ī ſpelūca ſigt̄ pcc̄o⸗
rē latētē ī ſpelūca carnalitatis vel
in cauna mūdani amoris q̄ vo
ē ſpelūca latronū Deꝰ ei īſpirati
ne loquitur qn̄ꝫ pcc̄ori et ad ex⸗
eūdū de ſtatu pcc̄i ipſū arguēs
excitat et hortat̄ · Quid inq̄t h
agis helia · i · q̄d facis ī ſtatu pec
cati? nec nō ī cauna · i · ī affcōe ho

norū ſeculi? Egredē et ſta foris
in mōte corā domino · i · egredere
penitendo ⁊ ſta in monte para⸗
diſi celeſtia affectādo · Iſte igit̄
q̄ ad oſtiū ſpelūce egredit̄ quā⸗
doqꝫ ad cogitādū de ꝓp̄a ſalu⸗
te aliq̄liter inclinat̄ · ſed reuera
ſtati ꝓpter hoc ſibi nō adeſt do
minꝰ nec ſtati redit ad ſtatū grē
quinīmo tria ſūt q̄ p̄cedūt ī cor
de hoīs aduētū eius · i · grē dei · p̄
mo ei oportꝫ ꝙ veniat ſpūs cōte⸗
rēs petras iſte ē tiōr dei q̄ petrā ·
· i · obſtinacōeꝫ et duriciā cordis
frāgit · et tādē venit cōmocio ⁊ h
ē quādo hō de penitēdo · et ſe de
malo ſtatu amouēdo cogitat et
diſponit · Pꝰ vero venit ignis et
hoc eſt quādo incipit fieri ī cor
de āqualis ad dei amorem cale⸗
factio ⁊ de peccatis ɔtricō ſꝫ pro
certo nec in ſpū timoris nec ī cō
mocione cogitacionis nec in ig⸗
ne īperfecte dilectionis adhuc ē
deus Sꝫ reuera finaliter venit ſi
bulus aure tenuis · i · mentis dul
cedo et deuocio et ipſius dei p ī⸗
ſpiracionem allocucio · et ad con
feſſionem ipſorum viciorum ſi
bulacio et reuelacio · et tunc ibi
eſt dominus quia pro certo tūc
eſſe deus cum penitente percipi
tur quando peccator propria ſu
a peccata confitetur · Supra no
no · Tranſibit per eū et ſibula⸗
bit et dicet · Qꝫ autē dn̄s pro⸗
pe ſit cū hoīe qn̄ erga eū ſibulꝰ
cōfeſſionis audit̄ ptꝫ p pſa · lviij
vbi dicit̄ Clamabit et dicꝫ ecce

aſſum Et tũc debet homo cũ pal
lio hũilitatis faciem ſuã abſcõ-
dere et quaſi indignũ grã ſibi fa-
cta et pñcia dñi ſe putare· dicẽs
cum petro illud luce v· Exi a me
dñe: qꝛ peccatoꝛ homo ſũ ¶ Vl
dic ſ͛m gregoriũ ꝙ ſpelũca ẽ nrẽ
moꝛtalitatis coꝛruptio a qua ꝓ
certo homo obuiã dño ad oſtiũ
egredit͛ qñ coꝛpoꝛeas vires trã-
ſcendẽs ad ꝯtemplacionẽ ſpũa-
liũ eleuat͛ Iſte igit͛ tũc pcipit ꝙ
tria ſũt in quibꝫ nõ inuenit͛ do-
minus ſcꝫ ſpũs cõterẽs petras ⁊
ſubuertenꝰ mõtes·i·ſupbia que
ſcꝫ duros et obſtinatos cõterit·
id ẽ altos et eleuatos ſtatus ſub
uertit Itẽ ꝯmotio hoc eſt auari-
cia que ſcꝫ hominẽ p ſollicitudi-
nem commouet et ipſum quie-
ſcere nõ pmittit· ps Turbati ſũt
et ꝯmoti ſũt· ſicut ebrius Item
ignis iſte ẽ luxuria que ſcꝫ more
ignis oĩa coꝛda q̃mq̃ dura ⁊ ſta
bilia ſuccẽdit et mollit Iob xxxi
Ignis eſt vſqꝫ ad fundamenta
deuoꝛans· Sed ꝓ certo q̃rtũ eſt
vbi dñs repit͛ ſcꝫ ſpũs aure te-
nuiꝰ·i·ſpũꝰ agilitatiꝰ·aura puri
tatis et tenuitatis·i·humilitatis
in quo dñs loquit͛ ⁊ a nobis ſpi
ritualiter inuenitur ¶ Vel ſi vis
iſta allega ꝙ deo nõ placet iſta
tria gña iudicũ ſeu p̄latoꝝ coꝛ-
rectoꝝ maloꝝ vel hoĩm iniquoꝝ
nec apud eos dñs inuenit͛ ſcilꝫ
ſpũs ꝯterẽs petras· iſti ſũt ſup-
bi et crudeles furioſi qui ſine di-
ſcrecione oĩa volũt ꝯterẽ et ſubũ-

tere· et ſine moderamine punire
qꝛ ꝓ certo apud illos nõ ẽ dñs
qñ ſcꝫ nũq̃ placet dño deo cru-
delitatis exceſſus· nec exinde ſeq̃
tur aliq̃s vtilitatis fructus· nec
emendacõis ꝓuẽtus Vnde de ta
libꝫ dicit͛ amos·ij· ꝙ ipſi ꝯterũt
ſup faciem terre capita paupeꝝ
et viam hũiliũ declinãt ¶ Scdi
ſũt ꝯmotio Iſti ſũt inſtabiles ⁊
ambicioſi qui d͛ ſtatu ad ſtatũ ſe
volũt ꝯtinue mouẽ ⁊ nũq̃ in eo
dẽ ſtatu et gradu ꝯſiſtere vel ma-
nere: ſed nec apud iſtos eſt dñs
Jeremie xiiij· Dilexit mouẽ pe-
des ſuos: et dño nõ placuit ¶
Tercij ſũt ignis et iſti ſũt auari
⁊ luxurioſi q̃ ſcꝫ igne cupiditatiꝰ
et carnalitatis ardẽt· et idõ p ex-
actiones ſubditos incendunt et
cremant Prouẽ·iij· Ignis nũq̃
dicit: ſufficit Sed nec apd͛ iſtos
eſt dominus· quinymo de talibꝫ
dicitur illud amos nono · Aua
ricia in capite omnium atqꝫ no
uiſſimum eoꝝum gladio interfi
ciam· Sed reuera quarti ſunt ſi-
bulus aure tenuis ideſt viri dul
ces conſolabiles et benigni deo·
et hominibus humiles· Et pro
certo apud iſtos eſt dominus:
quia ſcilꝫ tales dominus diligit
et apud iſtos hoſpitatur et reſit
Pſalmiſta· Diligens manſue-
tos dominus: humilians autẽ
peccatores vſqꝫ ad terrã ¶ Hic
habemus· ꝙ dominus locutus
eſt helie in oſtio ſpelunce et ſta
tim ſicut ante apparuerat abrahe ĩ

oſtio tabernaculi comoranti Ge
ne·xviij ¶ In quo notari poteſt
quãdo quis de cauerna male cõ
ſciẽ et peccati egreditur ꝙ̃ ſtatĩ
ad oſtiũ ideſt ad bonam cogita-
cionẽ puenit·dñs manũ adiut=
cem porrigit ⁊ ſibi per inſpiraci
oẽz vt vlterius procedat loquit̃
et ei per grãz ſe oñdit·dicẽs illd
Apo·iij·Ecce ego ad oſtiũ ſto ⁊
pulſo·Si q̃s aperuerit m̃·intra
bo ad eũ ⁊c̃ ¶ Hic dicit̃ ꝙ cũ he
lias credẽs ſe ſolũ ꝓphetã ĩ ihe
ruſalẽ dixiſſ; domino zelo zelat⁹
ſũ ꝓ dño exercituũ· altaria tua de
ſtruxerũt· ꝓphas tuos occiderũt
et pactũ tuũ dereliq̃runt filij iſra=
hel·et derelictus ſũ ego ſolus au=
diuit a dño ꝙ ſeptẽ milia hoim
erãt in iſrahel q̃ genua corã ba-
al nõ curuauerũt nec eũ adoraue
rũt ¶ Qd vtiq; ad h̃ pt applicari
ꝙ multi ſũt boni hoies ⁊ int̃ hoies
tales neſciũtur eẽ· quos ſcilicz dñs
p̃ſuat ne cũ ipiis ad facinora ru
ant· ¶ Pot etiã allegari ꝙ ſepe
fit ꝙ aliq̃s de ſe p̃ſuit ꝙ ipſe ſit
ſol⁹ ꝓpha dm̃·i·bõ ſufficiẽs lrã
tus vel perfectus nec aliquos a
lios ſimiles ſibi eſſe credit· Qñ
ergo in talib⁹ virtutib⁹ ſimiles
et perfectiores repit et videt nu
merꝝ aliorũ bonorꝝ ꝓmptorꝝ ad
v̓tutẽ tũc talis faſtũ preſũptio=
nis deponit· Unde de talib⁹ pot
dici q̃ ſcilicz ſe bonos credũt illd
iob·xij·Ergo vos eſtis ſoli hoi=
nes et vobiſcũ morietur ſapia Et
m̃ eſt cor ſicut et vob̃ et ſcd̃m ſciaz

vrãm ego noui ¶ Helias reppe
rit heliſeũ inter xij iuga boũ a=
rãtẽ q̃ miſit palliũ ſuũ ſup ipz q̃
ſtatĩ bob⁹ relictis p⁹ eũ cucurrit·
Peẋtamẽ licentiã oſculãdi prẽz
et mrẽz peciit et impetrauit O ſ
culer inquit oro te patrẽ ⁊ mrẽz
et ſic ſequar te·Cui ille dixit Va
de ⁊ reuertere·quod meũ erat fe
ci tibi Iſte igit̃ ſtatĩ vnũ par bo
ũ in quib⁹ arauerat mactauit et
cũ aratro ſuo coxit et ad edẽdũ
populo dedit et ſecutus heliam
ſibi de cetero miniſtrauit· ¶ Illud
poteſt allegari ad apoſtolos pe
trũ et andreã et mathiã et ali-
os ſimiles ſcz q̃ antiq̃tus iter xij
iuga boũ ſcz inter prẽs veteris le
gis qui a xij·patriarchis aſcen
derant arauerũt inquãtũ terrã
cũ aliis dilexerũt·Sed reuera v
bi ab helia·i·a xp̃o fuerunt vo=
cati et pallio fidei induti· ſtatim
poſt eum ſolent currere·⁊ patri
et matri ·i·cunctis amicis carna
lib⁹ vale ſtuduerunt facere· bo
ues ſuos ⁊ aratrum ideſt totam
ſuam temporalem ſubſtantiam
populo ſcilicet paupum diſtri=
buerunt· et poſt iſtum heliam
criſtum ſequi ſcilicet ymitando
et credendo et eidem obſequi et
ſeruire ſtuduerunt ¶ Vt patet
mathei·quarto capittulo Reli-
ctis retib⁹ et patre ſecuti ſunt
dñz· ¶ Qd etiã ad q̃ſcũq; pt r̃fer
ri hoies religioſos q̃ ſcz vocati a de
o et pallio regularis habitus in
dui ſũmam gloriã dũt reputaẽ

pn̄tes carnales dimittē: boues
ꝓprie carnalitatis p penitenciā̃
mactare: aratrū̄ ·i· animū̄ igne
caritatis ꝯburē ·et ſic ſequi dn̄m
et in religione ꝑpetuo miniſtrarē
Math· xix· Reliquim? omnia
et ſecuti ſum? te ⁊c̄

H ic habetur ꝙ benedab
rex ſyrie p pueros prin
cipū̄ nō p p̄ncipes fuit
ſupatus q̄nymo in illo p̄lio nul
lus p̄ncipū̄ ē̄ inuētus In ſequen
ti etiā̃ ā̃no cō̄ſiliū̄ benedab fecit·
ſcʒ ꝙ reges ab exercitu tolleret
et ꝙ loco eoꝝ p̄ncipes ponēt· et
bellatorum nūm inſtauraret ¶
Iſta pn̄t allegari ꝙ qn̄ magni
viri reges et p̄ncipes et dn̄i ad
p̄lia nō ſūt apti· et ꝙ magis qn̄
qʒ nocent q̄̄ ꝓficiūt q̄ndo in ex-
ercitu ſūt immixti· Forte igit᷑ v-
tile eſſet ꝙ nullus taliū̄ ad exer-
citū̄ veniret· ſed p pueros p̄nci-
pū̄ ·i· p inferiorē̄ miliciam p̄liū̄
fieret· qꝛ ſcʒ vt ꝯmunit᷑ inferio-
res et paupes milites ſūt maio
rib⁹ et ditiorib⁹ fortiores et ad
preliorꝝ opa ꝓmptiores· Ta-
les enī̄ reges et magnates quia
p̄ ceteris ſūt delicijs dediti· gen̄·
xlix· p̄bebit delicias regib⁹ ideo
p̄ ceteris ſunt inertes et faciliꝰ
pn̄t vinci· p̄s Ad alligā̃dos re-
ges eoꝝ in ꝯpedib⁹ ⁊c̄· Que etiā̃
de p̄lio ſpūali poſſūt intelligi· v
bi plus ꝓficiūt paupes q̄̄ diui
tes: et magis infimi q̄̄ ſūmi: et
magis ſubditi q̄̄ p̄lati ¶ Siri
victi in mō̄tib⁹ a filijs iſrl̄ dixe-
rūt ꝙ dij montiū̄ dij eoꝝ erā̃t et
qꝛ ideo p̄liauerā̃t: quaꝓpter in
ā̃no ſeq̄nti pugnare cō̄tra filios
iſrl̄ in valle decreuerūt· et ſic ip
ſos ſupare dijs eoꝝ in valle ni-
chil valētib⁹ ſperauerūt· ¶ Sic
vero ſiri qui interp̄tā̃t᷑ ſublimes
·i· demones q̄ ſublimia pl? debi
to queſierūt ante oīa nitūt᷑ pu-
gnare cō̄tra filios iſrl̄· i· cō̄tra fi-
deles in montib⁹ ·i· in negocijs
⁊ reb⁹ ſpūalib⁹ ſcʒ mouēdo eos
ad ſupbiā̃ ⁊ ad errorē̄ in fidei ar
ticulis et ī alijs ſacr̄mētalib⁹ vbi
ꝓ certo ſi vinci eos ꝯtigat ſtatī
nitūt᷑ in valle pugnare· i· de pec
catis inferiorib⁹· q̄ ſcʒ tā̃gūt cor-
palia et terrena ſic̄ ē̄ luxuria et a
uaricia tēptare· et ſic ſperā̃t ꝯtra
bonos facili? p̄ualē· Iſta eſt enī̄
cautela demonū̄ ꝙ ſi ī vno p̄lio
tēptationū̄ vincūt᷑ ſtatī ad tēp-
tandū̄ de alio ſe ꝯuertā̃t et ſupa
re in alio conā̃t᷑ ¶ Vel dic ꝙ be-
nedab in p̄mo p̄lio victus non
ꝓpter h̄ deſiſtit ħ ad ſequētis ā̃
ni ſpaciū̄ ſperat vincere ¶ Alle-
ga ꝙ dato ꝙ aliq̄s p̄nceps ſel
vel pluries victus fuerit nō̄ ꝓp
ter h̄ dʒ ceſſare ħ tociens bellū̄ ī
ſtaurare ꝙ finalit᷑ valeat ſupaē
ſicut ad lrā̃m romani antiquit?
faciebā̃t· qꝛ dato ꝙ ab eodē̄ plu
ries victi eſſent nō̄ ꝓpter h̄ frā̃-
gebā̃t᷑ ħ iterū̄ atqʒ iterū̄ p̄lia re
ſtaurā̃tesꝭ finalit᷑ triūphabā̃t Vn
de dauid ioab p̄ncipi ex̄citusꝭ ſui
audita morte vrie ſcripſiſſe legi-
tur ij· regū̄ xi· Nō̄ te frā̃gat iſta

res: variuꝰ eſt enim euētus belli
et nunc hunc nunc illū cōſumit
gladius. ¶ Hic hēmus ꝙ rex iſ-
rahel de clemētia reprehenditur
Nā cū benedab regē ſirie cepiſſꝫ
ī bello. et dato ꝙ eſſꝫ nequiſſimꝰ
ipſū tamen non occidiſſꝫ ſꝫ ſb̄ c̄-
to federe dimiſit r̄phenſus eſt a
ꝓpħa pabolice ſub figura Cap
tiuus inquit datꝰ ē m̄ in cuſtodi
ā ſub pacto ꝙ ſi lapſus fugeret
anima mea pro anima eius eſſꝫ
Quo fugiente anima mea peti-
tur vt loco captiui pditi ſeruitu
te et periculo exponatur Qđ cū
rex iuſtū fore dicēt mox ꝓpħa
dimiſſionē benedab quē deus ſi
bi puniēdum tradiderat ī caput
eius retorſit: animam eiuſ loco
anime alterius future pene ob-
noxiā ſibi dixit: quia dimiſiſti vi
rū dignū morte de manu tua: e
rit anima tua ꝓ anima eius ¶
Iſta poſſunt applicari cōtra iu-
dices et ſuperiores qui ſceleratis
et impijs parcunt et recepto fe-
dere idest prece vel munere illoꝝ
de ſuis carceribus liberos et im
punitos abire pmittūt q̄ a ꝓcto
iſti aīas ſuas loco illorū piculo
dampnacionis exponunt. igī-
tū ipſos qui morte vel punicōe
digni ſūt dimittūt ⁊ qui a domi
no per occultam ꝓuidētiam ad
ipſorū manuſ puniendi veniūt
et tamē nō puniūt. ſꝫ dīttūt ⁊ im
pie parcūt. Nūi. xxxv Nō acci-
pietis p̄ciū ab eo q̄ reus eſt ſan
guinis Et yſaye. quito. De q̄ iu

ſtificatis impiū pro muneribꝫ. ¶
Vel dic ꝙ propħa reprehendēs
regē pabolice loquitur ad deno
tandum ꝙ reges et pncipes nō
apte ſꝫ oblique p circulocucioēs
indirectas ſūt arguendi ne for-
te ad deterius prouocentur ſi a
perte vel publice arguantur Si
cut etiā nathā dauid legitur re-
p̄hēdiſſe ī pabola de oue paupe
ris et cetera 2° regum xij et ſi vis
vide ſupra ſecūdo regū ij. capitu
lo ¶ Vel dic ꝙ illud qđ h̄ ſcribi-
tᷣ cuſtodi virū iſtū qui ſi lapſus
fuerit. erit aīa tua pro anima e-
ius p̄t referri ad p̄latos q̄bꝫ ſcꝫ
dati ſūt ſubditi ī cuſtodiā. quia
pro certo ſi propter defectū cu-
ſtodie ī dāpnacōe labūtᷣ aīe p̄-
latorū proptᷣ eos periculo expo
nūtᷣ igī tū ſcꝫ de aīabus ſubdito-
rū reddē ratione tenētᷣ. Et ergo
bene dicitur p̄lato illđ prouꝰ. xx-
vij. Diligēt agnoſce vultū peco
ris tui: tuosqꝫ greges cōſidera.
Vn̄ eze. xviij. Ipſe ipius ī iīq̄ta-
te eius quā opatus ē morietᷣ aī
mā autē eius de manu tua r̄q̄rā
¶ Vel illđ ꝙ achab ɔtra ſeip̄ꝫ ig-
norās ſententiā tulit. ſic etiā da
uid r̄ſpōdēs nathā de oue pau-
pis ſubditi a diuite rapta dicāt
viuit dominus qꝛ filiꝰ mortis ē
2° c. ij. reḡ xij. p̄t allegari ꝙ illi q̄
male viuūt et bene iudicāt et p̄
dicant cōtra ſeipſos ſentētias or
dinant atqꝫ dictāt ¶ Vel etiā q̄
cūqꝫ mali eo ipſo ꝙ male agūt
ſentētiā dāpnacōis ſue ptractāt

Math. xviij Serue neq̄ ex ore
tuo te iudico ¶ Illud qd̄ hic po
nit᷑ q̄ leo occidit hoīem qui pro
phetā ex pte dn̄i ſe pcuti p̄cipiē
tem vulnerare noluit vel timuit
p̄t allegari q̄ valde debem⁹ pro
phetis .i. p̄dicatoribꝫ vel p̄latis
in hijs que ex pte dn̄i id ē in vir
tute obediē nobis p̄cipiūt obedi
re Alias vero dyabolus nos po
terit deuorare. Primo regū xv.
Melior ē obediēcia q̄ victima.

NAboth noluit vendē vi
neā ſuā achab regi iniq̄
qui inde volebat facere
ortū olerū q̄nymo eidē priſtino
dixit. Abſit a me vt vendā here
ditatē patrū meoꝝ Quapp̄ter
iezabel vxor achab. naboth ſub
ductis falſis teſtibꝫ lapidari fe
cit. et ſic vineā ei⁹ achab ꝯtinuo
occupauit ¶ Achab ē dyabol⁹.
iezabel vxor ſua ē carnis ꝯcupi
ſcēcia: naboth vō ſignificat viꝝ iu
ſtū Igit᷑ ſepe fit q̄ dū achab .i.
dyabolus vineā .i. grām viri iu
ſti qui ſcꝫ ꝓpinat vinū eterne cō
ſolacōis et glorie mitit᷑ emere et
ab ipſo p peccatū tollere. et loco
eius p̄ciū bonoꝝ tpaliū ſibi da
re tn̄ naboth .i. vir iuſtu⁹ ad hoc
nō ꝯſentit. ſed hereditatē patrū
ſuoꝝ ſcꝫ grām a deo iure heredi
tario dimiſſam vendere cōtradt.
Qd̄ vidēs iezabel mlr impudica
.i. caro: falſos teſte⁹ .i. mūdi fal
laces delicias adhibēs lapidibꝫ
tēptacionū ipſū obruit. et ſic ip
ſam vineā ſibi tollit. et ſic p lux
uriā. ipſū caro interficit quē dy
abolus in tēptando de magis ar
duis ſupare nequiuit. Vnde iſta
eſt que dicit diabolo illud quod
iſta iezabel dixit achab. Ego da
bo tibi vineā naboth ¶ Vel ſi vi⁹
dic exemplariter de malicia mu
lieꝝ que audatioēs ſūt ad nego
cia impia q̄ viri Ideo dicit᷑ ecc̄i.
xxv Breuis oīs malicia ſup ma
licia mulieris ¶ Vel allega exē
plariter quō iudices officiales
ad mandatū regū reginarum ł
p̄ncipū nō verēt᷑ falſa iudicia fa
quia ſicut dicitur in libro prou̇
bioꝛū ſalomoīs decimo octauo·

Occaſiones querit qui vult ab a
mico recedere· Iſta potiſſime pa
tent in ambicoſis qui ĩgnoꝛ ſta
tu ſuo non contenti ambiunt doĩ
mia aliorum· Ita fit ꝙ fraude et
malicia interueniẽte ipſoꝝ aliqñ
regno et dignitate priuant ꝛ dy
ademata honoris alieni occupãt
Apoc·xix· In capite eius multa
dyademata· Sed taleſ non cõſue
uerunt in talibus ꝓſperari quin
ymmo vbi habuerunt quod cu
pierant ſubito ſolent morte vel ĩ
fortunijs pregrauari· et de exerci
tib? q̄ ſeq̄bãtur eum ideſt de ſuis
fautoribꝰ et aĩcis alter in alterũ
debachari Eze·xvij· Ergo ne viẽ
a iſta ꝓſpeabitur? nonne aquila
radices eius euellet ꝛ fructus ei?
diſtringꝫ et ſiccabit ? omnes pal
mites germinis ipſius areſcent
Illa enim que fraude et violenci
a acquiruntur non ſolent durare
ſed ſubito deficere ſicut ad lr̃aꝫ vi
demus de tyrannis· Vnde eccĩ·
x· Omnis potentatus breuis vi
ta· Et Seneca dicit ꝙ violenta ĩ
peria non pſeuerant· Vel ſi vis
allega contra falſos mũdi aĩcos
qui ſemp ſe ꝟtũt ad illũ q̄ obtiẽt
et qui non diligunt hominem ñ
ꝗ̄diu ꝓſperatur· Iſte enim allex
ãd ꝗ̄diu ꝛ̃gnũ tenuit ab iſto go
domel· ſupponitur dilectuſ fuiſſe
ꝛ ideo victus dicitur ad arabiam
refugiſſe· Iſte tamen videns ei?
infortunium ip̄m amplius non
dilexit ſed pocius ꝓ amicicia illi
us qui regnum acquiſieãt caput

ipſius amputauit Statim enim
quando quis venit ad infortuni
um et ꝙ pdit regnum amici ſui
priſtini ipſum abhominantur et
in inimicos ei vertuntur et amici
ciam illorum qui regnant et qui
de facto ꝓſperantur totis virib?
amplexantur Prouꝰ·xiiij· Eciaꝫ
ꝓximo ſuo paup odioſus eit: aĩ
ci vero diuitum multi· Vel alle
ga hoc de mutacione rerũ ſupra
ij·ca· Primo dictum eſt ꝙ rex a
ſie qui tunc erat pro tempe occu
pauit egiptum et regnauit ſup
duo regna impoſuitqꝫ ſibi duo
dyademata egipti ꝛ aſie· econtra
vero hic habemus ꝙ rex egipti
occupauit aſiam et ſibi duo dy=
ademata impoſuit ꝛ ſup duo reg
na regnauit qꝛ quãdo aĩqꝫ vnuꝫ
regnum exaltatur ꝛ aliud depri
mitur· et econtra alterũ alteri qñ
qꝫ facit tãtum ꝙ ab eo ſuſtinere
cogitur Pſa· Erunt capiẽtes eos
qui ſe cepant· et ſubicient exacto
res ſuos· Demetrius videns
ꝙ ſiluit terra in conſpectu eiuſ iã
ſecur? in regno remiſit exercitus
ſuos excepto pegrino exercitu ĩ
ſularum· ꝓprios eñ milites cõ
patriotas remiſit· extraneos reti
nuit· et inde factum eſt ꝙ exerci
tus ſui ſic remiſſi ceperunt eum
odio habere et contra eum mur
murãt· quapropter triphon oc
caſione accepta contra eũ rebella
uit et exercitus remiſſos ſecũ ha
buit ꝛ antiochum allexandri fili
um de arabia aſciuit et in regno

ipſi? collocauit· ciues ſui de pto
lomayda cõtra eũ ſurrexerunt·
et eũ occidẽ voluerũt ⁊ eum ad
palaciũ fugere ꝯpulerũt quem
tria milia iudeorum ſibi in auxi
lium miſſa liberauerunt et centũ
milia de ciuibus occiderũt· ¶ Il
lud poteſt allegari exemplariẽ
ꝙ non eſt tutum alicui confidẽ
in pace et in ꝓſperitate ſua· Si e
nim iſte demetrius ſemper timu
iſſet· et infortunia que accide=
re potuiſſent preuidiſſ; numq̃ꝫ
tribulacionem incurriſſet· nec ſe
contra eum aliquis erexiſſ; Vn'
de dicitur prouerbiorum viceſi=
mo octauo· Beatus homo qui
ſemper eſt pauidus ¶ Vel dic
contra pauperes ⁊ principes et
magnates qui magis diligunt
extraneos q̃ꝫ propinquos ſibi ⁊
in ſuis curijs cõtinẽt et ꝓmouẽt
atqꝫ in officijs peregrinos ipõs
qꝫ predilectos habent et caros·
ſuos autem repellũt Quaprop
ter quandoqꝫ fit ꝙ odium ſuoꝝ
ſolent incurrere· ita ꝙ hoſtibus
ſuis ſolent adherere ⁊ ipſum de
regno et dominio aliquociẽs fu
gare et contra eum rebellaẽ Nã
iuſtum eſt· ꝙ homo illos quos
in proſperitate et pace exiſtens
repudiet tribulacionis tempoẽ
non inueniat ymmo pdat Tu
tum eſt igitur principi ſuorum
amiciciam cuſtodire · et non ni=
mis extraneis adherere· quia ſi=
cut dicitur pͥma ad Timothe=
um quinto Qui ſuorum domeſti

coꝝ curã nõ habet infidelis eſt·
Ideo bene dicitur eccĩ ix· Ne de
relinquas amicũ antiquũ· nou?
non erit ſimilis huic
POſt pacta inita cũ ſpar
ciatis et romanis hic fit
mentio quõ triphõ reg̃
antiochi princeps maior ad r̃g
nũ aſie ãbiebat· q̃ꝓ ãtiochum
dñm ſuũ occidẽ cogitabat Verũ
tamẽ quia ſciebat ionathan iu=
deorum ducem regis eſſe ſtren=
nuiſſimũ defenſorẽ añ oĩa ipſũ
occidere temptauit· et multis ma
chinacõibꝫ cãuẽtũ occidit Poſ=
ea ſol? cũ rege ãbulãs ipſũ ꝓdi
cioſe intẽfecit et impoſito dyadẽa
te loco ipſius regñuit· ſic pꝫ infra
ca· ſequẽti Iſta pñt applicari qñ
volũt iniq̃ nocẽ et nõ audẽt ꝓpẽ
eorũ aĩcos põ ſolẽt paulatĩ ꝯtra
aĩcos inſurgẽ vt ipſis ſublatis
de medio vel de poſſ attenuatis
poſſent cõtra principes facilius
preualere· Hic habes ꝙ cũ tri
phon vellet occidẽ ionathã · et
nõ poſſ; ꝓ eo ꝙ cũ exercitu vene
rat diſſimulauit aĩciciã et dona
ſibi attribuit· et eũ pre alijs pͥn
cipibus hõrauit tãdẽ remittere
exercitum ſibi ſuggeſſit et pro=
mittens ſe ſibi velle tradere regi
onem prouincie et negocijs re=
gis preficere· vſqꝫ ad ptolomai
dam ſecum duxit· vbi ipſuꝫ ſta
tim ligauit · et comites eius et
mille viros quos ſecum duxerat
occidi fecit ipſum vero ſatis ci=
to poſt cũ duobꝫ filijs intẽfecit·

C Triphon qui nitebať dūm
ſuū interficere ſignat dyabolū
qui ꝑcurauit occidere criſtū Io=
nathas qui colūba interp̄tať ſi
gnat virum iuſtum et ſimplicē
Sic igiť eſt ꝙ triphō dyabol9
ſime temptat ionathā ideſt vi=
rum iuſtū per peccatū occidere
et ipſum per temptationes ſolet
ad ſe quaſi auis rapta ad laque
um cōuocare Sub ſpecie eīm boī
ip̄m ad ſe vocat vt occaſione re
perta ip̄m occidat exēplo Iabe
lis qui ſiſarā ad ſe vocauit quē
ſecū dormientem occidit Intra
inquit ad me domine ne timeas
Iudicū iiij. Sed reuera quādoqꝫ
inuenit cū ionatha tantū exerci
tum virtutum et ſanctorum ad
quos per deuotionem tantū ha=
bet patrociniū ꝙ in ipſum non
poteſt manum mittere nec ip̄m
per fortē temptatiōē inuadere
vel necare Ideo ante omnia iſta
ipſe temptat ꝙ v̄tutū exercitū
dimittat ip̄mqꝫ mundi diuicijs
magnificat Qđ ad hoc facit vt
facilius credat ei. et ad mortem
ip̄m trahat. ꝑuer. v. Fauus di=
ſtillans labia meretricis. nouiſſi
ma vero eius amara velut abſin
theū Igiť officia et negocia re=
gis ideſt alta officia et dignita=
tes ſeculi ꝑmittit ſibi tradere dū
tamen exercitū virtutum velit di
mittere ⁊ per conſenſum ī pecca
tum deſcendere et venire Ad hec
igiť officia homo per affectum
vel effectū qn̄qꝫ a dyabolo trahi
tur ad quem dū deſcenderit ſtatī
ab eo a vinculꝭ malorū vel mala
rum cōcupiſciarum ligať et tandē
diuerſis vicijs ſtrangulať et ad
eternum interitum deputať Dū
eī homo virtutū exercitū dimit=
tit et ſeculi negocia concupiſcit.
mortem pene et culpe facilē in=
currit Bene igiť conſulit ſapiēs
eccleſiaſtici xij Non credas ini=
mico tuo ineternum Quia ſicut
ibidē ſubiūgiť Oculis ſui9 lacri
mabiť inimicus. ⁊ cū venerit tē
pꝰ C Diciť hic ꝙ ſymō mortuo
Ionatha fratre ſuo ipſum ī mo
dym ſepeliuit et ſuper ſepulcrū
patris et matris et q̄tuor fratrū
ſuorum ſeptem pyramides ſup
colūpnas fabricauit vbi arma
et naues ad eternā memoriam
ſculpſit ita ꝙ a nauigantibꝫ ma
re videri poterāt ordinauit C
Dic moraliter ꝙ modym quod
interpretať diiudicatio ſig̃t mē=
tē q̄ ſeipſam diiudicare tenetur
q̄a ſ̄m apl̄m p̄a corin. xi Si noſ
ipſos diiudicaremꝰ non vtiqꝫ di
iudicaremur Dic itaqꝫ ꝙ homo
iuſtus in modym ideſt in cōſciē
cia et memoria debꝫ ſepulcra pa
rentū ſuorum et amicorum facē
inquantū mortem eorum debet
in mente habere: ſeptem etiam
pyramide9 ibi debet cōſtruere in
q̄ntū ſeptē opa mīe dꝫ ꝑ aīabꝫ
iſtorū gerē vel habere. ſculpť aꝰ
eorum ideſt bonorum exemplo
rum exterius alijs demōſtrare in
quibꝫ colūpnas ideſt boni ꝑpo=

fiti firmitatem arma ·i· bonorū
opm probitatem·naues·i·con-
temptus ſeculi leuē·i· trāſitoriā
agilitatem debet ſculpere vt ſic
nautis·i·hoīb9 p mare h9 mūdi
nauigātib9 exm et ſpeculū poſſit
eſſe Iſta eīn tria ſcilꝫ columpna
naues et arma·i· pſeuerātiā cō-
temptus mundi bona opa me
moria mortis comitatᷣ et dū ali
orum mortem in mēte gerimus
in nob ſpūaliter generantur·et
ideo de iſto ſimone·i·viro iuſto
poteſt dici illud Iob·xxi· Ipſe
ad ſepulchra ducetᷣ et in cōgeriē
mortuorum vigilabit ¶ Hic ha
bes ꝙ ſimon abiecta omni im̄u
dicia de gaza et fugatis inde ali
enigeīs poſuit ibi viros q̄ legē
ſcirēt et muniuit eā ¶ Gaza que
interp̄tatᷣ fortitudo dn̄i ſignifi-
cat eccām: ſimon q̄ interp̄tatur
obediēs· ſigt bonū p̄latū q̄ deo
p̄ alijs obedire dꝫ Iſte igitᷣ a ga
ſa·i·a ciuitate ecc̄e in q̄ relucet
potentia dei viui debꝫ oēm im-
mūdiciā viciorū purgare et alie
nigenas·i·multos hoīes inde fu
gare et viros q̄ legē dei cuſtodi
unt·i·bonas pſonas dꝫ introdu
cere·virtutibus eam debet muni-
re vt ſic ſe poſſꝫ cōtra hoſtes ſpū
ales viriliter defenſare Vn̄ ca·ſe
quēti dicitᷣ· ꝙ in arce iheruſalē
collocauit iudeos viros q̄ eēnt ad
tutamentū ciuitatis ⁊ regionis
Hic fit mētio quō ſub ſi-
mone ſūmo ſacerdote po-
pulus iudeorū fuit mul-
tiplicatᷣ pſperatus· et quō miſit
romā amiciciā renouare·et quō
clipeū aureū pōdeꝝ et minarū
miſit·ꝛc·ſꝫ de oīb9 iſtis nihil ad
p̄ſens tango· ¶ Item hic ca·xv·fit
mētio quō triphon p āntiochū fi
liū demetrij fugatᷣ et quō ipſe ā
tioch9 cont̄ ſimonē indignatᷣ·et
quō tēdebem9 cū exercitu miſſus
a iuda filio ſimonis cōteritᷣ ſꝫ oīa
p̄termitto qꝛ nichil video morali
tatis ¶ Cū ſimon pābularet re
gionē iude· deſcēdit in capū ihe
rico vbi ptolomeus aboli q̄ ge-
ner erat ſūmi ſacerdotis diues in
auro et argēto q̄ erat ī capo ihe
rico ipſū ad conuiuiū ſuſcepit·
Symon vero ad eum cum duo
ob9 filijs ſuis iuda et ionatha·
ſicut ad amicum intrauit· Verū
quia iſte ambiebat ad regionis
ducatum īſtaurato conuiuio vi
ros occultari fecit· et tandem ſi-
mon cum filijs ſuis inebriatis et
letis·iſte ſumptis ſuis armis in
eos irruit·⁊ ipſos neq̄ter inter
fecit Et ſtatim ad occupandum
iheruſalem et ſanctificacionem
milites deſtinauit· Iohannem
vero filium ſimonis qui tunc e-
rat in gazara occidi iuſſit· ſed h
precognito precauit· et illos q̄
ad occidendum eum venerant iu
gulauit ¶ Iſte proditor ſeu tra
ditor ptolomeus diabolum ſig
nificat· quia iſte eſt qui ſumme
captat ſimonem et filios eius·
ideſt bonum et iuſtū prelatū et
bonos ipſi9 imitatoēs de medio

tollere conat⁹ vt ſic poſſit in regi
one ideſt in populo ad libitū im
perare Quia igit⁹ per fortitudi=
nem preualere contra iſtos non
pōt· iam aliam viaꝫ querit ipſis
qꝫ cōuiuiū mūdane ꝓſperitatis
preparat et vino deliciaruꝫ ipōs
inebriat Quos ꝓ certo cū bene
viderit letos et ebrios ⁊ vino·i·
mundi ꝓſperis bene plenos tūc
ſe ⁊ occultos ſuos ſocios ideſt tē
ptationes cōtra eos armat et ſic
de diuerſis vicijs eos temptans
pro voto ſuperat atqꝫ necat Et
ſic totum cōuiuiū quod paraue=
rat et mūdi totam gloriam in lu
ctum et triſticiam eis mutat· iiijº
regum xiij· Cū temulētus fuerit
amon vino percutite et interficite
eū Vel ſi vis dic ꝙ iſte dyabo
lus qui videt ſcꝫ hominē bene le
tum et in cōuiuio mūdane ꝓſpe
ritatis imerſum tūc occultos ſu=
os ſocios ſcꝫ mortem et infortu=
nia cōtra eū vocat et ſic p mortē
temporalem et eternam ipſos ī
terficit Sup̄ caº ix Cōuerſe ſūt
nupcie in luctum ⁊ vox muſicoꝝ
ſuorū in lamentum

Explicit moralizatio p̄mi macha
beorū Incipit moralizatio
ſecundi machabeorum

Antiochus rex cū
eſſet in parſide et ī
menſus exercitus
cū eo auaricia du=
ctus voluit tēpluꝫ
nanee vbi theſauros abſcondi
tos eſſe audierat ſpoliare· ſed ꝯſi
lio ſacerdotis ſeductus cū pau=
cis templuꝫ vt pecunias accipe
ret eſt ingreſſus Sacerdotes ta=
men templū ſtatim clauſerunt
et aperto templi aditu mitten=
tes lapides ipſum cū ſuis occide
runt et mēbratim diuidentes am
putatis capitibus exterius ꝓie=
cerunt Iſte antiochus qui inter
pretat⁹ paup ſilēs ſignat pau=
perem ambitioſum qui ſe fingit
ſilentem et benignū eſſe Iſte ſci
ens ꝙ ī tēplo eccleſie ſūt mlti di
uiciaꝝ theſauri multa pinguia
beneficia: ſūme nitit⁹ ibidem in=
trare et ibidem dignitatem obti=
nere · et hoc non vt poſſit profi=
cere ſed potius vt poſſit theſau=
ros poſſidere Quod vidēs ſacer
dos rector hui⁹ tēpli ſcꝫ dn̄s ipm
quandoqꝫ intrare permittit ſꝫ tā
dem vbi non ſperat occultum ad
itum ſcꝫ mortem et infortuniuꝫ
ſibi aperit· lapides tribulationū
in eum dimittit et ſic ipſum occi
dit et eum mēbratim diuidit in=
quantum corpus ab anima diſ
iungit Et ſic non ſolum ipſū im
mo illos quos ſecū duxerat ideſt
nepotulos ⁊ alios quos in eccle
ſia promouerat capitibus ideſt
potentia et v̄tute p̄uat et eos de
templo ſuo ideſt de ſtatu eccleſi=
aſtico eijcit atqꝫ fugat Eiecto āt
et mortuo malo p̄lato ſui etiam
cū ipō deficiunt et a dignitatibꝫ
in hꝫ tēplo indigne obtētis vt cō
muniē eijciuntur Oſee ix Prop
ter maliciā adinuētionū eoꝝ de

domo mea eiciā eos. Vel dic
ꝙ illud tēplū ydolorū figt mū-
dū vel mūdi statū. qꝛ sciꝫ nanee
interp̄tat᷑ pascua. vel gˢmē pul-
chritudinis. ꝓ eo ꝙ mūdus pul
cher et germinās illis videtur.
qui eo pascūt᷑ ⁊ delectant᷑. Istō
ergo tēplū antiochus. i. hō ali-
quociens intrat indiscrete et ei⁹
negocijs se implicat ⁊ hoc quia
diuicias acquirere sperat. quas
sacerdos et rector hui⁹ tēpli dy
abolus sibi p suggestionē ꝓmit
tit ita ꝙ ipsū ad ingressum h⁹ p
spē inuitat. Verūtamen sic fit ꝙ
dū iste nō aduertit. et dū ad ha
bendū thezaurū intēdit iste sac
dos suus dyabolus qui ipsū in
troduxit aditum occultū subite
mortis sibi apit. et occultos soci
os suos scꝫ tribulacōes et casus
contra eū inducit. ipsum tempo
raliter occidit et capite. i. aīa ip
sū exuit mēbra eius. i. diuicias
alijs distribuit et sic eū de tēplo
h⁹ mūdi eicit. Math. xxv. Ser
uū inutilem eicite in tenebras
exterioēs. Cū filij israhel cap
tiui dudū in psidē ducerent᷑ sac
dotes qui tūc erāt dei cultores
acceptū ignē de altari in valle v
bi erat puteus altus et siccus ab
sconderūt. et puteū obstruxerūt
tādem cum post septuaginta an
nos populus duce neemia ī iu
deā reuenirret. et neemias ꝓ sac
ficando ignē hrē vellet misit ne-
potes sacerdotū ipsoꝝ ad puteū
antedictū. Ipsi vero nō ignē sed
aquā crassam inuenerūt in pu-
teo isto q̄ iussu neemie sacficiū
tā ligna q̄ꝫ carnes aspersērt. Sic
vero vbi sol refulsit q̄ p᷑us erat ī
nubilo ignis magnus ē accēdi
t᷑ q̄ totū sacrificium deuorat᷑. de
residuo aque predicte iussu nee
mie lapides pfūduntur ex qui-
bus mox ignis erupit ⁊ lumen
de altari emicuit et ꝯsūpsit. Rex
vero psaꝝ hijs auditis ⁊ proba
tis sacerdotes honorauit. et ma
nu ꝓpria dona plura eis dedit.
Ista solēt mistice p aliq̄s ex
poni sic. Dicunt enim ꝙ vallis
ista que est locus infimus sta-
tum significat subditorum. pu-
teus iste significat consciencias
eorumdem. Ista est igitur veri-
tas. ꝙ antiquitus patres nostri
scꝫ fidei et ecclesie fundatoēs ab
sconderunt ignem spiritus sanc
ti diuine dilectionis feruoris et
deuocionis in puteo qui erat in
valle idest in cordibꝰ subditoꝝ.
et hoc quia tunc puteus nullas
aquas voluptatis habebat ſꝫ in
siccitate paupertatis et abstinen-
tie psistebat. et ideo nō mirū si
ignē istū poterat continere quā
do q̄ ipsū possꝫ extinguē nusq̄ꝫ e
rat. Psa. po. Succēdet᷑ vtrūqꝫ si-
mul et nō erit qui extinguat. Sꝫ
reuera nepotes istorum sacerdo
tum scilicet moderni predicato-
res et prelati satis possunt hodi
e in vallis hui⁹ puteo. i. consc̄ia
modernoꝝ istū diuinum ignem
querē quia vix aut nunq̄ꝫ pñt

ibi ipſum repire: aqua enim craſ
ſa id ē carnalitas et voluptas ibi
in habundancia repeitur· ignis
vero diuini aōris ⁊ feruor deuo
cionis totaliter ibi non habetur
Sapie·xvij· Ignisꝰ quidem nulla
vis poterat eis lucere·quid igitꝰ
dico ꝙ iſta aqua viciorꝫ volup
tatis debet inde ꝑ confeſſionem
et penitenciam extrahi ⁊ ligna
noſtrarū affectionū ⁊ ſacrificia no
ſtrarū operacionum debēt inde ꝑ
continenciam noſtre precedentis
carnalis vite et memoriā aſper
gi lapides ideſt noſtri cordisꝰ du
ricia debet inde ſimiliter circūſun
di ⁊ ſic ſol diuine gracie qui priꝰ
a nobis fuerat obnubilatus ēful
gebit·et ignis predictus in nobꝭ
ſpiritualiter ſuccendetur quia ap
poſicio aque craſſe ideſt recorda
cio noſtrorū peccatorū ignez di
uini amoris et feruorem deuocō
nis et contricionis generat et hꝫ
potiſſime quādo ſol diuine graci
e mentem irradiat Treno·ꝑmo
De excelſo miſit ignez in oſſibꝰ
meis et erudiuit me Jere·xx·Fa
ctus eſt enim ī corde meo quaſi
ignis eſtuās· que pro certo ſi fe
cerimus lumē bonorū exemplo
rum ab altari cordis erūpet·rex
vero ideſt pncipes ſeculares hijs
cognitis dona tempalia nobꝭ ef
fūdent Cōſtat enim ꝙ pncipes
ſecula resꝰ nobꝭ bona facerent mul
ta ſi ignem diuini amoris in no
bis habundarē viderēt Hic ſuꝑ
locum iſtum dicit Augꝰ ſicut in

cidentaliter ponitur in hyſtoria
ſcolaſtica ſuꝑ primū librꝫ ma
chabeorꝫ ꝙ ignis qui toto tꝑe
captiuitatis babilonice ſub aq̄s
vixerat extinctꝰ ē quādo ab anti
ocho venditum eſt yaſoni ſacdo
cium Qd ad hoc poteſt allega
ri ꝙ ignis ſpūs ſancti et diuini
amoris quem nulle aque tribula
cionisꝰ extinguere poterant ymmo
primitiua eccleſia ſub tribulacio
nū aquis inextinguibilis ꝑmaē
bat Juxta illud Cant·viij· Aq̄
multe non poterunt extinguere
caritatem·nunc ex toto extinctꝰ
videtur in eccleſia pro eo ꝙ iam
in multis locis ſacerdociū per ſy
moniam eſt venale et iam regnā
te auaricia ab antiocho rege id ē
a malis vēditur·a iaſone vero·i·
ab ambicioſis comparatur propt
quod ignis diuine gracie ⁊ amor
ſpiritusꝰ ſancti ī eccleſia moratꝰ·

Sicut hic dicitur quaē co
meſtor recitat vbi agit d
virtutibꝰ ieremie archa
teſtamenti dudum facta ꝑ moy
ſen in deſerto miro modo fuit ab
ſcondita·inuenitꝰ enim ī deſcrip
cionibus Jeremie ꝙ ipſe videns
captiuitatem babilonicam immi
nere archam cum ea contentis ⁊
tabernaculum accepit et in deſer
tum in monte vbi moyſes pro
videnda terra promiſſionis aſcē
diſſe legitur deportauit ibiqꝫ ſpe
luncam reperit et ibi vltimo ſibi
lapis apertus eſt qui abſortis
archa altari incēſi et tabnaculo

iterum ſe recluſit· Jeremias vo
i iſto lapide ſolo tactu digiti no-
men dei tetagramatō ſcripſit· et
oſtium ſignaculo dei clauſit· Nu
bes vero ſtatim locum iſtū coo-
peruit· ita q̄ nullus poſtea locū
indicare potuit· In fine tamē tē
poꝝ cum deus cōgregauerit ple
bem ſuam· columpna ignis et
nubis ibi demonſtrabitur ⁊ ma
ieſtas domini ſicut tēpe moyſi
reuelabitur· et ſic locus iſte ab
omnibus cognoſcetur· ¶ Jere
mias· qui interp̄tatur excelſus
domino ſignificat bonum prela
tum mente ⁊ affectione vſq; ad
celeſtia exaltatum· Iſte imminē
te babiloīca captiuitate· idē tēp
tacionum dyaboli poteſtate· et
in mūdi aduerſitate montem cō
tēplacōnis debet aſcendere et in
montem penitētie ſecedere ⁊ ad
ſpelūcam religionis vel humili
tatis applicare· P̄s Ecce elonga
ui fugiens: et manſi in ſolitudīe
Secum habet archam teſtamē
ti· i· diuine legis meditacōnem
altare incenſi· i· deuocōnem: tab
naculum portatile · i· mundi cō-
temptum portaē· que petram ⁊
ſpeluncam· i· boni fratres et hu
miles debent ab eo accipe ⁊ ſoꝛ
bere · et hijs receptis ſeipſos p
ſui cuſtodiam et inanis gloīe fu
gā claudere· virtutes et merita
que poſſident a viſib9 hoīm oc-
cultare· et noīe dei per deuocio-
nem ſignati nubeq; puritatis co
operti locum ſuū nō debent ali-
is pandere· ſed potius ignoti a ſe
cularib9 pmanere· ſic ſancti reli-
gioſi antiquit9 faciebant q2 ig-
noti eſſe hominibus cupiebant
Unde ieremie triceſimo ſeptimo
capittulo dicit Vade abſcondere
et nemo ſciat vbi ſis· Hec debēt
boni r̄ligioſi facere quouſq; in fi
ne ſeculi· deus ipſos decreuerit
declaraē et virtutes eoꝝ in mū
do corā homib9 maiſeſtaē· Ma
thei ſeptimo Intra in cubiculum
tuum et clauſo hoſtio ora prēm
tuū et cetera·

Tempore onie ſummi ſa
cerdotis ciuitas ſcā ihe
ruſalē in omni pace ha
bitabatur et leges diuine ſerua
bantur· quod vtiq; propter iſti
us ſacdotis pietatem fiebat q̄a
mala habebat odio· et iuſticiam
ſeruabat· ipſi r̄ges et principes
locum ſummo hōre ducebant·
et templum magnis munerib9
illuſtrabāt· Unde et ſeleucus rex
aſie de proprijs redditibus ſūp
tus ſacrificioꝛum dabat et ſolue
bat de proprio quicquid ad ſa-
crificia pertinebat ¶ Sic vero·
quando in iheruſalem ⁊ in tem
plo ideſt in eccleſia vel religione
eſt ſummus ſacerdos onias id-
eſt rectoꝛ aliquis iuſtus homo
tunc propter pietatem ipſius ip
ſa ciuitas ihrl̄m ideſt ipſa eccle
ſia ſibi commiſſa in pace habi-
tatur et leges diuine ideſt regu
laēs obſeruantie ibidem a ſub-
ditis obſeruantur reges ecīā et

princípes ipſum templu m ideſt
ipſum ecleſiaſticaꝫ ſtatum hono
rant donis et muneribus ipſū di
tāt ſacrificio bonorū opīn accep
tant· Preſencia eīn̄ et prouidētia
bonorū prelatorum cauſa eſt pa
cís et proſperitatis eccleſiarum·
Et credo ꝙ ſi prelati et aliȷ̄ eccle
ſiaſtici eſſent boni· ſeculares erga
eos benignīter ſe haberent et ec
cleſie eorum pace et diuicijs ha
bundarent : ſed quia modernis
tempibus multi eccleſiaſtici īue
niuntur peſſimi ideo ſeculareſ cō
tra eos ſunt iniqui Yſaie·xxiiij·
Sicut popul⁹ ſic ſacdos· ¶ Hic
dicitur ꝙ ſymon templi prepoſi
tus moliebatur obſiſtēte ſibi prī
cipe ſacerdotū iniquū aliquid in
ciuitate ſancta Sed qꝛ onyas ſū
mus ſacerdos et pōtifex ſuis ma
licijſ reſiſtebat ideo implere non
poterat quod volebat· quaprop
ter iſte ad regem ſeleucum ꝓpe
rans et erarium plenū pecunijs ī
templo eccleſie aſſerens ipſū ad
ſpoliandum dictum erarīū indu
xit ꝗ dictas pecunias nō ptinere
ad racionem templi vel ſacrificio
rū· ſed pocius ad vſus publicoſ
aſſeruit quapropter ipſoſ ad re
gem ptinere ꝯmonuit· ꝗ ideo rex
pro templo ſpoliando helyodo
rum iheroſolimam deſtinauit·
¶ Symon iſte ſignificat ſymoni
acos qui in ciuitate eccleſie ſemp
inuntur mala tractaꝛ̄ iniqtates
et ſymonias machinare· que ꝓ
certo quādo pficere nequeunt ꝗ
vident ꝙ onyas ſumm⁹ pōtifex
ideſt boni eccleſie prelati ipſos
impediunt· ſolent ad regem id ē
ad principes ſeculares ſe ꝯuerte
re vtpote quando fiunt vxorati l
bigami vel principum officiales
et ſic quādo apud prelatū nichil
poſſunt· ſolent apud mundanos
principes ſuas malicias procurā
re et tunc nō ceſſant ipōs ad the
ʒauros eccleſie depdandos totis
viribus aīmare· Aiunt enim ꝙ
templum eccleſie eſt plenum pe
cunijs et thezauris· Aiunt eciaꝫ
ꝙ illud erarīū templi ad regeꝫ et
ad publica negocia debet ptine
re ꝗ ꝙ principes ipſum licite poſ
ſunt tollere· Sic igitur iſti biga
mi et curiales clerici maritati pre
alijs eccleſie nocent· et ad rapiē
dum bona eccleſiarū et moleſtā
dum clericos· principes excitant
et inuitant et ad hoc mitti helyo
doꝝ·i· malos offitiales et balli
uos ꝓcurāt· ſicut ad lr̄aꝫ pꝫ de cle
ricis vxoratis vel bigamis qui
in ipſis regum curijſ vel conſilijs
commorantur· quia pro certo no
cere eccleſijs et accuſare clericos
pre alijs dinoſcuntur· Unde ī ca
pitulo ſequenti dicitur· Symon
delator pecuniarum male loque
batur de onya· ¶ Dicitur hic ꝙ
helyodorus qui erarium templi
ſpoliabat a duobuſ angelis ſibi
apparentibus fuit acriter verbe
ratus et plagis īpoſitis ſemiui
uus relictus· Sed tandem onye
ſūmi ſacerdotis precib⁹ ē ſanat⁹

Iſti autem ſanato dixerūt ange
li p̄libati Omīe ſacerdoti gratias
age ꝓpter ipſū enim tibi reddi
ta ē vita· tu autē ſanatus annū
cia mirabilia dei q̄ fecit Et ſic ille
qui venerat ſpoliator factus eſt
templi v̄tutū et mirabiliū p̄dica
tor ¶ Si vis allega de conuerſi
one pauli Heliodorus qui īter
pretatur deo meo generatus· ſig
nificat beatū paulū deo et dei o-
pus generatū· Actuū nono Vas
elcōis eſt michi iſte· Iſte eīn ad
inſtinctū ſimonis ꝑpoſiti tēpli·
·i·ad ſuggeſtionē phariſeoꝝ et
ſac̄dotū ihrlm̄·ſ·eccāꝫ theſauris
ſuis ſcꝫ bōis pſonis ⁊ xp̄ianis fi
delibꝫ primo ſpoliare q̄ſiuit ſed
ꝑ certo a deo flagellatus ⁊ ī fla
gellis conuerſus templū hono
rauit· p bona opa ſanctificauit·
mirabilia dei p̄ aliis nūciauit·et
ſic de ſpoliatore ditator·et de p
ſecutore factus eſt p̄dicator· ¶
Vel allega generaliter q̄ flagel-
latio tribulacōnū ad duo ꝓficit
pcōti·qꝛ p̄o mala q̄ ꝓpoſuerat
facere nō pmittit· Secūdo quia
ipſū ad deū ꝯuertit et dei lauda
cōnem facit· Infra ca·ix· In ag-
nicionē ſui deductus ē paſſus a
dn̄o plaga ¶ Vel dic q̄ illi qui
bona eccleſie rapiūt paſſiones
et tormēta finaliter incurrūt ¶
Duo iuuenes virtute decori· et
optimi glā precioſi amictu appa
ruerunt heliodoro ſpolianti tē
plum quem protinus percucien
tes plagauerunt·⁊ ſic eū ne the

zauros caperet impedierunt ¶
Hic vero duo iuuenes·i·prela-
tus et princeps ſecularis· ſimul
debent cōuenire in iuſticia ⁊ con
tra malos raptores ne bonis no
ceant cum ſuo gladio dimicare
⁊ eos ſpūaliter p excōicacōnem
et temporaliter p penam tem-
poralem affligere Iſti tamen de-
bent dici duo propter concordi
am quam inter ſe debent habe-
re: virtute decori propter iuſti-
ciam qua contra malos debēt vi
gere optimi gloria p bonam fa
mam qua pre ceteris debent pol
lere ſpecioſi amictu p honeſtam
vitam qua pre omnibus debēt
ſplendere· Actuum primo capi
tulo· Ecce duo viri aſtiterūt ī ve
ſtibus albis ¶ Vel dic iſta de du
obꝫ noſtris iuuenibus petro et
paulo angelicis qui contra heli
odorum· ideſt contra neronem
vel dyabolum conuenerunt· vel
qui malos docendo ⁊ predican
do conuerterunt et a malo trax-
erunt et cetera vt ſupra ¶ Vel
dic idem de ſimone et iuda· vel
de quibuſcumqꝫ ſanctis duobꝫ
conbinatis

Iaſon frater omīe ſanctiſ
ſimi ſacerdotis contra ꝓ
prium fratrem ſacerdo
tium ābiens regem antiochie ad
iit· et ꝓmiſſa multa pecunia ex-
pulſo frē·ſac̄dociū a r̄ge obtinu
it·qui obtēto principatu ſtatim
contribules ſuos ad gentilem ri
tū transferre cepit· et legittima

ciuitatū iura deſtituēs praua ſta
tuta ſanxiuit· Ita ꝙ ſacerdotes
circa altariꝝ officia nequaꝗ dedi
ti erant·ſed cōtempto templo et
ſacrificijs neglectis paleſtris et
ludis vacabant et ꝑmos hono⸗
res nichil habentes grecoꝝ glori
as optimas deputabant ⁊ his ſi
miles eſſe per omnia cupiebant
quos pauloante hoſtes et perē⸗
ptores habuerant ¶ Iſte Iaſon
qui interpretatꝰ deſiderans ſigt
ambicioſum qui honores ⁊ emi
nencias deſiderare nō ceſſat ꝓū·
xxi Tota die ɔcupiſcit ⁊ dſiderat
Antiochus qui īterpretatꝰ pau⸗
per ſilens vel pauperis ſilentiuꝫ
malum ſuperiorēꝫ ſignat q̄ pau
peres ſubditos grauans ipſos ſi
lentes et triſtes efficit inquantū
pre timore ipſius nullus eſt qui
loqui preſumat·ꝑmo Machꝰ·ꝑ
mo Accepit ſpolia multitudinꝭ
gentium: et ſiluit terra in cōſpe⸗
ctu eius Iſta eſt ergo veritas ꝙ
Iaſon ideſt malus prelatus nō
parcit omīe nec ratione fratnita⸗
tis nec rōe bonitatis·quia tales
non parcunt alijs cōſanguineiꝭ
vel iuſtis quin eorū ſacerdotiuꝫ
ambiant et officia concupiſcant
Ideo ſepe fit ꝙ ad regem antio⸗
chum ideſt ad malum prelatum
ſe tranſferunt et mediante pecu⸗
nia ſacerdotium ideſt benefitiuꝫ
acquirunt ꝓprioſqꝫ fratres et
amicos a ſtatibꝯ ſuis deponunt
Ie·ix Omnis frater ſupplantāꝭ
ſupplantabitur· et omnis inimi

cus fraudulēter incedet ⁊c̄ Ta⸗
lis igitur ambitioſus ſtatim q̄n
ante principatum vehitꝰ vel ad
prelationem ſublimatur·legitti
ma ciuium iura ideſt bonas con⸗
ſuetudines ſibi ſubiecti populi
deſtruere molitur·et praua ſtatu
ta pro viribus inſtituit et ſecta⸗
tur·cōtribules ideſt ſuos amicoꝭ
et familiares ad ritum gentilem
ideſt ad ſecularem laſciuiā indu
cere cōprobatur Illud enī vide⸗
mus de malis ꝙ plus cupiunt
nepotulos eoꝝ ritus et mores
gentiles·i·ſeculares et laſciuos
habere q̄ꝫ ꝙ iſrahelite ideſt viri
iuſti fiant Unde de talibꝯ pōt di⸗
ci illud Oſee ix Ducet ad inter⸗
fectionem filios ſuos Quid plu
raꝰ Reuera regnante tali prelato
ſacerdotes ideſt inferiores ſubdi
ti non vacant ad altaris officia
peragenda ſꝫ potius cōtempto
cultu et ritu templi eccleſie vꝭ al
taris et neglecta regulari obſer⸗
uancia diſcipline·moribꝯqꝫ reli
gioſꝭ depoſitis: ꝑrīmꝭ moibꝯ id ē
ſanctoꝝ patrum moribus et cō
ditioībus vilipenſis· ludis ſecu
laribꝯ ſe implicant et grecoꝝ glo
rias ideſt ſeculares mores opti⸗
mos eſſe putant hiſqꝫ ad literā
ſimiles eſſe cupiunt ſcilicet ſecu⸗
laribus quos hoſtes multociēs
ſenſerunt Conſtat ꝙ ſeculares
eccleſiaſticoꝝū in multis caſibꝯ
ſūt inimici et tamen fatui eccleſi
aſtici ipſis ī moribꝯ ſecōformāt
ipſiſqꝫ cupiūt eſſe ſimiles et ami

cí· Quod potiſſime videmus de
multis nobilibꝰ: qui licet ad ec⸗
cleſiam veniant dedignāť tamē
mores religioſos et ecc̄os ſequi
et in cūctis ſuis actibꝰ conāť ſe⸗
cularibꝰ ꝯformari ita ꝙ cuilibꝫ
tali poſſunt ſeculares dicere Et
tu vulneratus es· ſicut et nos· et
nr̄i ſimilis factus es· Yſa· nono
¶ Hic dicit ꝙ iaſon qui ꝓpꝛium
frēꝫ a ſacerdocio repulerat et ſa
cerdotiū muneibꝰ obtinuerat· q̄
dā die quēdā iniquū qui dicitur
menelaus ad regē antiochū cū
pecunia deſtinauit Qui eadē pecu
nia ſacerdotiū in ſe retoꝛquēs ia
ſonē magiſtꝝ ſuū expulit· et ſic
iuſto dei iudicio is qui ꝓpꝛium
frēꝫ expulerat· ab alio fraudulē
ter a ſuo ſacdocō fugatꝰ fuit Il
lud allega ꝙ ī quo peccat aliq̄s
in hoc punitur· et ꝙ eadem mē
ſura q̄ menſi fueritis ꝛc̄· Sap· xi·
et mathei ſeptimo· Iuſtū ē ei ꝙ
q̄ alteri infidelis ē inueniat ſibi
alteꝝ infidelē Sene· Ab alio ex
ſpec̄s quod alteri feceris· ¶ Vel
allega cōtra ambicioſos qui coī
ter in ſuis ſtatibus beneficijs ꝛ
malicijs in p̄iudiciū fratrum ſu
orū obtinuerūt finaliter nō ꝓſ
perāť· ſed ſupueniente tribula
cione ab ipſis quādoqꝫ vel ab a
lijs expellūtur Ezech xvij Ergo
ne proſperabit ꝛc̄.

P Oſtq̄ antiochꝰ rex ne
quiſſimus ihrlm̄ cepiſſꝫ
et templū thezauris et
vaſis aureis et argenteis ſpoli
aſſꝫ· et oēs iſrl'itas ad ritū gētiū
trāſiſſe iuſſiſſꝫ voluit ꝙ tēplū ihe
ruſalē nō tēplū iheruſalē dicere
tur· ſꝫ et tēplū iouis olimpi pub
lice vocareť tūc ei tēplū luxuria et
cōmeſſatioībꝰ erat plenū et ſcoꝛ
tātiū cū metricibꝰ ſacris edibus
ſe vltro mulieres ingerēbāt· ītro
ferētes q̄ nō licebant· altare ple
nū erat illicitis neqꝫ ſabbata cu
ſtodiebāť· nec dies ſolēpnes pa
trū ſeruabāť nec ſimpliciť quiſ
q̄ iudeū ſe eē ꝯfitebať ducebāť
ad ydoloꝝ ſacrificia coronati e
dera bacho circuire ꝯpellebāť ¶
Sic vē qn̄ diabolꝰ ihrlm̄· i· ſta⸗
tū xp̄ianitatis ditioī ſue p pcc̄m
ſubiugauit tūc oīa tēplū· i· ſtatū
eccl'iaſticū oībꝰ bonis ſpūalibꝰ ſpo
liauit: thezauros· i· v̄tutes vaſa
aurea et argētea· i· pſonas ſapi
ētes ꝛ ſcīa nitētes ſpoliauit: filios
iſrahel· i· ecc̄os ad ritū gētilē · i·
ad moēs ſclāēs traxit· Ita ꝙ ſic
videť iā tēplū ecc̄e nō videť eſſe
dei tēplū ſꝫ iouis q̄ interp̄tať īimi
cus ſepans· i· diaboli p eo ꝙ ibi
diabolo plus q̄ꝫ deo ſeruit et qꝛ
cultu dn̄i delicto iupiter· i· īimi
cus diabolus p vicia ibi colitur
et eiꝰ mādatis et ſuggeſtionibꝰ
obediť et h̄ pꝫ ex hijs q̄ ſequūť
qꝛ iā vt videť illd̄ tēplū· i· ecc̄e
ſtatus luxuria et cōmeſſacioībꝰ
ē plenū a ſcoꝛtis et metricibꝰ ē
frequētatū edes ſacre domꝰ reli
gioſoꝝ mulieribꝰ et concubinis
replentur et multa illicita et vi⸗
cia ibi per omnia obſeruantur·

Jamqꝫ ſabbata id ē quies mētis
et contemplacio: ſolempnitates
ideſt diuina laus et a peccatis ceſ
ſacio ibi non cuſtodiūt͛ ſed poti⁹
bacho ideſt vino et ebrietati oēs
ſeruiunt et coronati hedera ideſt
nitore veſtimentoꝝ īduti iſti deo
bacho circueunt et in omnibus
obſequūt͛ ita vt cōcludam⁹ bre
uiter ꝙ nullus eſt q̄ dicat ſe iude
um ideſt qui glorietur dici religi
oſus vel preſbiter · ſed pocius in
ſecularibus actibus gloriantur ·
et poci⁹ videri ſeculares q̄ꝫ clerici
delectantur · Sic igitur templuꝫ
illud eſt mirabiliter pollutum ꝑ
antiochū dyabolū et euerſū p̄s ·
Deus venerunt gentes id ē gen
tiliū mores in hereditatem tuaꝫ
ac̄ · Naū ij · Porte fluuiorū aper
te ſunt et templum ad ſoluꝫ di
rutum eſt · ¶ Sub pſecucione an
tiochi due mulieres delate ſunt
ſuos pueros circūcidiſſe: qui ſta
tim a gentib⁹ · pueris ad mamil
las ſuſpēſis fuerunt ꝑ muros p̄
cipitate · Quidam eciam qui ſab
batū colē voluerūt et ad ſpelūcas
fugerūt nolētes ſe defendē flam
mis a gentilibus perierunt · Nole
bat enim ātiochus ꝙ alique ma
tres pueros ſuos circūciderēt vel
ꝙ diem ſabbati cuſtodirēt ¶ Sic
vere dyabolus nunq̄ꝫ voluit ꝙ a
lique mulieres id eſt prelati pu
eros ideſt ſubditos laborent cīcū
cidere id eſt a vicijs reſecarē · vel ꝙ
aliqui ſtudeant ſabbatum ſpūa
le et tempale cuſtodire hoc eſt a

vicijs ceſſare et quieti mentis va
care ac feſta ſpiritualiter celebra
re · Hinc eſt ꝙ ille matres id eſt
prelati qui hodie ꝑuulos et ſub
ditos a vicijs circūcidunt de mu
ris ideſt de altis ſtatibus precipi
tantur: pueri circūciſi ideſt boni
ſubditi bene correcti a dyabolo et
miniſtris eius tyrannis vna cuꝫ
bonis ſuis matribus · tribulacioni
bus ſubiciuntur et ī eorū mamil
lis pendentes ideſt prelatorum
doctrinis adherentes a dyabolo
propellunt͛: ſabbata et feſta ſpi
ritualiter ac temporaliter colentes
flammis diuerſarum tribulacio
num vruntur Regulare enim ē
ꝙ taꝫ prelati q̄ꝫ ſubditi qui a ma
lo ſe reſecāt et q̄ diuīe laudi ma-
gis vacāt āplius a dignitatib⁹ et
officijs reijciāt͛ et maiorib⁹ tribu
lacōib⁹ afficiāt͛ · p̄s · multe tribu
lationes iuſtoꝝ · ¶ Hic habet͛ de
eleazaro ꝙ cum omnes iudei cō
pellerētur ſacrificare ydolis et cō
tra legē carnes ydolatrias et ydo
lis īmolatas comedere ipſe nolu
it ſed pocius morteꝫ ſuſtinere vo
luit Quinymmo cū amici ſui ſua
derent ꝙ carnes quibus licitum
eſt veſci apportarent · ipſe ſe car-
nes porcinas fingeret comedere
vt ſic ſub tali ſimulacōne poſſit mor
tem euadere recuſauit · Et elegit
mori pocius q̄ꝫ contra legem car
nes porcinas comedere vel ſe co
mediſſe fingeret: et hoc ne ipſe
qui ſenex et vir auctoritatis erat
malum exēplū iuuenib⁹ daret ·

Non enim noſtre etati dignū ē
fingē· ne quis adoleſcētiū eleaza
rū putat nonagenariū ad vitā
alienigenarū trāſiſſe ¶ Iſta poſ
ſūt allegari exēplariter quō bo
mines maxie reputacōis qn̄ ſūt
ſenes p̄ alijs abſtinē dn̄t a ma⸗
lo et hꝫ qꝛ vita taliū ab alijs tra
bit̄ in ex^m et ne alijs occaſio ſit
a malis abſtinē tenēt̄: bōrē ſu⸗
ū debēt tales graues ſollicite ↄſi
derare· et pocī⁹ mortē eligē q̄ꝫ fa
mā ſuā quā lōgo tp̄e vite ſerua
uerīt oblcāmento vite modice q̄
ſupē deturpare dicētes illud p̄o
macba· ix· Moriamur in virtu
te et nō inferamus crim̄ glē ꝛc̄
Vel dic ꝙ virū boneſtū nō decꝫ
aliquid fingere· et maxie vbi fi
ctio ſua in alioꝝ ſcādalū poteſt
redundare· Sap̄· p̄o Spūs ſan
ctus ſapie fugiet fictū Si igit̄ p
bibitū eſt ne mali fingant ſe bo
nos ſic nec boni fingant ſe ma⸗
los et cetera·

Cum iudei cum iuda ma
chabeo q̄ ↄtr̄ eoꝝ cū inu
merabili exercitu venie⸗
bat obuiā irēt· et cōtra eū cōmit
terēt bellū apparuerīt aduerſari
is quinqꝫ viri ignei de celo miſſi
in equis aureis decori q̄ iudeis
ducatū p̄ſtabāt quoꝝ duo ma⸗
chabeū mediū babentes armis
ſuis incolumē ſeruabant: in bo
ſteꝝ vero tela ꝛfulmina iaciebāt
ex quo cecitate cōfuſi et r̄pleti p
turbacione cadebant ¶ Iudei q̄
interp̄tantur glorificantes· ma
chabeus qui interpretatur inge
nioſus ingenioſe dominū glori⸗
ficans ſig̃t bonos ſubditos fide
les qui cōtra thimotheū tirānū
diabolū et eius exercitū ·i· cōtra
tēptacōes et vicia p̄liāt̄ Iſti q̄n
qꝫ viri bonos p̄latos denotant·
q̄ de celo miſſi et a deo ꝓmoti et
nō a carnis affcōe vel ſimonia i
troducti debēt eſſe Iobis tercio
Qui de celo venit ſup oēs ē Qui
debent eē quinqꝫ p quinqꝫ ſenſu
um cuſtodiam: ignei p caritatis
amorem: cū equiꝰ aureis ·i· cum
corporibꝰ mundis et caſtis per
caſtam conuerſacionem· Iſti il
los iudeos ·i· ſb̄ditos dn̄t p̄cedē
bō exempla dando: debent pro
tegere ſe pro eis exponendo· et
ad boſtes tela et fulmina proij
cere· ipſorum maliciam repellē⸗
do: prelati contra boſtes ſpiritu
ales ideſt contra demones debēt
iacere tela oracionum ſuarum:
contra carnem tela ieiunioꝝum·
contra mundum tela repreben⸗
ſionum· contra tirannos tela coꝛ
rectionum et canonicarum ſanc
tionum· Sic enim faciendo ip⸗
ſos cadere faciēt· et ſubditos q̄s
ꝓtegunt tutos reddent Ideo de
quolibet tali bn̄ poteſt dici illd̄
Mathei viceſimo octauo capit
tulo· Erat aſpectus eius ſicut ful
gur· et cetera· Unde eciam abba
cuc tercio capitulo dicitur In lu
ce ſagittarum tuarum ibunt in
ſplendore fulgurantis baſte tue
in fremitu conculcabis terram·

Vel eciam tela predicacionuz de
bent emittere et fulgura bonorū
exemplorum oſtēdere vt ſic poſ
ſint contra ſpirituales hoſtes ſe
defendere et munire ¶ Item hic
ſupadditur cumſiudas obtinuiſ
ſet victoriam contra thymotheū
quidam ex pte thymothei fuge
runt in gazaram preſidium val
de munitum · inacceſſibile atqȝ
firmum · qui loci firmitate confi
ſi verba nephanda contra iudaȝ
iactabant · Eo accenſi animo illi
qui auȝ iuda erant preſidium ex
pugnauerunt q̄uis eſſet īexpug
nabile et ceperūt ac blaſpheōs
et impios occiderunt · Simile di
citur infra ca · xij · de ciuitate caphin
¶ Ad hiſta allegai poſſūt q nł
lus debet in loci vel ſtat⁹ ſublimi
tate confidere nec propter h ad
iniurias ⁊ moleſtias inferendas
ſuis hoſtibus prumpere · qꝛ nic
hil tam firmum quod nō poſſit
deſtrui et ex hoc ſolent eos con
tra ſe forcius animare · deus eciā
ad talium qui freti protectione
murorum · ideſt amicorum adiu
torum et temporalium bonoruȝ
inexpugnabiles ſe eſſe credunt
ſupbiam reprimendā · ſolet eos
in manus hoſtium ſuorum trade
re et potentiam eorum penitus
eneruare · Quantūcumqȝ homo
ſit in loco et ſtatu firmo pacifico
et ſecuro vtile eſt ſibi pacifice ſe
habere et hoſtes ſuos nullaten⁹
irritare · ps · Fiat pax in virtute
tua et abūdancia in turrib⁹ tuis

Hic ſit mentio q Ioppite
iudeos qui habitabant
cum eis cum vxoribus ⁊
puul' qſi ſub ludi ſpecie ſcaphas
intrare fecerunt et in altum maȓ
ducentes cum nichil mali ſuſpi
carentur ſubmerſerunt · Iudas
vero ſtatim prodicionem audiēs
et iniuriam ſue gentis in ſe re
torquens ſubito nocte ſup eos
irruit · portuȝ ſuccēdit · ſcaphas
combuſſit · et eos qui igneȝ fuge
runt gladio interfecit · Et qꝛ au
diuit q ioppite ita volebāt facere
iudeis qui ſecum habitabant · iō
ſimile eis fecit ¶ Iſta allega quo
modo multa mala veniunt ex lu
dis ⁊ quomodo extrema gaudij
luctus occupat Prou · xiiij · Iſti
enim cauſa ludi mare intrauerūt
ſed tamen ibi ſubmerſi pierunt
Et potiſſime iſta poſſunt dici mi
ſtice q filij iſrahel ideſt religioſi
et eccleſiaſtici nunq̄ dn̄t cū ioppi
tis gentilibꝰ ideſt ſecularibus lu
dos facere · nec eis ſe adiungere ·
nec in eis plus debito confidere ł
ad marina id ē ad fluctuoſa mū
di negocia ſe transferre · quia ex
contractu talis ſocietatis propṫ
eorum mala exempla et dcā poſ
ſent faciliter ſpirituale et eternū
naufragium reportare Iob · iiij ·
non coutuntur iudei ſamaritanis
¶ Vel dic q Ioppite gentiles ſig
nificant demones cuȝ quibꝰ nos
alij iudei · i · xp̄iani cōfitētes mix
ti ī hac valle miſie hitam⁹ Yſa ·
xi · Habitabit lup⁹ cū agno ⁊ pard⁹

cum hedo cubabit Iſti igit͛ frau
dulenter ſcaphas·i· alta mūdi
beneficia quādoq₃ aſcēdē faciūt
et ſub ſpē ludi tpalis ad altum
maē·i· ad pfūda mūdi negocia
nos deducūt· vbi p cōo po nos
in vicijs deīn in inferni ſupplici-
is nos īmergūt· et ſic ludū tpa
lē quē nobis pmittē videbāt͛ in
tribulacionē ↄuertūt Prou̇ xiiij
Riſus dolore miſcebit͛ Fatuū ē
igit͛ taliū ſuggeſtionibꝰ credē ⁊
ad eoꝝ pdicōez maris·i·fluctibi
lis mūdi ſtatibꝰ et negocijs ſe cre
dē q₂ exīn ſolēt picula aīaꝝ pro
uenire· Iō eccī·xij·dicit͛ Nō cre
daſ inimico tuo ineternū Iudas
tū·i·xp̄c iſtā deonū pdicōem et
fideliū dāpnacōez finaliter vin-
dicabit qn̄ in die iudicij ipſoꝝ p
petuis incendijs condēpnabit·
Math·xx· Ite maledicti in ig-
nē eternū Vel dic generaliter
ꝙ illi q̄ alios pdicioſe decipiūt ſi
ue ſint ſclāres q̄ r̄ligioſoꝝ ad pec
cādū trahūt ſiue deones q̄ fide-
les tēptādo in infernū mḡūt· ſi-
ue mundani pditoēs q̄ alios ī
ſe ↄfidētes fraudulēter affligūt
finaliter puniēt͛ ⁊ a iuda·i·xp̄o
igne ꝑpetuo cōburēt͛ et eoꝝ ſca
phe·i·ſtatus ⁊ pſperitates fina
liter ſubūtent͛· et ſic illi q̄ alios
ſub ludi ſpē illuſerunt· finaliter
illudēt͛ Prou̇·tercio Illuſoreſ de
us illudet· Hic dicit͛ quō iu-
das dimicās ↄtra hoſtes q̄dam
die multos de ſuiſ pdidit ħ tam̄
obtenta victoria cū corpa defūc

torū ſepelire vellet īuēta ſūt ſub
tunicis eoꝝ aliq̄ de donarijs y-
doloꝝ ꝑꝑ qd̕ manifeſtū factū fu
it ꝙ p eo perierāt q₂ dona ydo-
lorum cōtra legis phibicōez ha
bebāt Iudas facta collacione p
aīabꝫ mortuoꝝ oblacōez ī ihe-
ruſalē offerri miſit· et de reſurre
ctōe futura iuſte et ↄgrue cogita
uit· Iſta pn̄t allegari cōtra p
prios religioſos clauſtrales qui
bus non licet donaria ydolorum
ideſt mundi diuicias que ab ydo
lis·ideſt a demonibus dant͛ ha
bere· nec aliquid ſine p̄lati licen
tia poſſidere ſed pro certo q₂ in
exercitu iude · ideſt criſti milicia
et religione multi inuenirēt͛ qui
talia donaria ſub tunicis habēt
idē q̄ occulte ſine p̄lati licētia cō
tra leges et ſtatuta regularia pe
cunias ⁊ decimas poſſident qua
propter ſit ꝙ iſti in bello contra
vicia pereunt· et finaliter morti
eterne ſubiacent · Unde· Actu-
um octauo capitu· Pecunia tua
tecum ſit in perdicionem Vel
dic ꝙ iudas ideſt bonus prela-
tus· quando percipit ſubditos
ſuos mortuos ideſt in peccato·
ſumme d₃ dolere et p veia obti-
nenda debet oblaciones apud
deum facere et offerre vt reſur-
rectionis tempore ipſis digne-
t͛ dominus indulgere

De conſtantia ipſiuſ raſie
qui irruentibus ſuper e
um gentilibus interfe-
cit ſeipſū· et ꝑpria ſua inteſtina

ſup turbas ꝓiecit et ne illuderet᷑
a gentilibꝫ propria morte ſe dif
fudit pōt applicari ad virtutem
fortitudines quia temporaliter
loquendo nihil eſt audacius vel
fortius ꝙ̄ manus mittere in ſe
ipm̄ ſicut de cathōe legitur qui
ſeipſum occidit Uerum quia no-
ſtris modernis temporibꝰ nul
li eſt licitum ſeipm̄ interficē Jō
dico· ꝙ ſicut antiquitus fortius
et virtuoſius reputabat᷑ ſeipm̄
occidē ꝙ̄ aliū: ſic ſpiritualit̄ vir
tuoſius eſt ꝙ q̄s ſeipſū vincat et
corrigat ꝙ̄ alios· Sen̄· Fortior ē
q̄ ſeipm̄ vicit ꝙ̄ qui hoſtes ſubie
cit· difficile eſt em̄ ſeipſum vice-
re ¶Cum nichanor impius cō-
tra iudā preliatus ipm̄ die ſab-
bi vellꝫ inuadere multi iudei qui
timore ducti ſequebant᷑ eundem
ſuggerebant ꝙ die ſabbī nō cō-
fligerēt ſed ꝙ potiꝰ ſabbato glo
riam daret Jp̄e in ſuperbiā du-
ctus peciit ſi eſſet potens in ce-
lo qui diez ſabbati celebrare iuſ-
ſiſſet· Quibus aſſerentibus eſſe
dominū deum celi qui ſabbatum
coli iuſſiſſet reſpondit Et ego in
quit potens ſum ſupra terram:
qui impero ſumi arma et regis
negotia impleri Jpſe igitur ſup
bus die ſabbtī conflixit in quo
tamen conflictu corpus et vitaꝫ
et brachium dexterum amiſit
Reuera talibus verbis videntur
vti tyranni· quia ſicut deum ī ce-
leſtibus regnare credunt ſic ſeip
ſos in terra dominari dicunt Vi-
detur enim eis ꝙ in terra quicq̄d
facere libet licet· et ꝙ impedire
ipſorum opa mala nullus poſſꝫ
Unde ipſi vident᷑ dicere illud eze
xi· Longe recedite a domino: vo
bis data eſt terra in poſſeſſionē
Tales igitur nec dignantur fe-
ſta colere q̄nymmo cōtra iuſtoꝝ
⁊ ſimpliceꝝ ſolent in ſabbatiꝭ ·i·
in feſtiuis diebꝫ pugnare ⁊ eos
rapinis et exactionibus infeſta-
re: propter quod ſolēt mortem
eternam incurrere Quia eniꝫ li-
citum eſt ſabbatis et feſtiuitati
bꝫ bona opera facere: multo for
tius illicitum eſt malis operibꝫ
inhiare ¶Hic dicitur ꝙ onias
qui fuit ſūmus ſacerdos vir bo-
nus et iuſtus modeſtus moribꝫ
eloquio decorus et a puero in v̄
tutibꝫ exercitatus· viſus ē iude cō-
tra nichanorem preliaturo ma-
nus ſuas extendere et pro ipſo
exercitu ſuo deuꝫ exorare viſus
eſt ſibi apparere glorie mirabiliꝭ
ſcꝫ fratrum et ciuitatis amator
ihēmias ꝓpheta· ſibi gladium
aureum porrigens et ſibi talia
verba dicens Accipe iſtum gla
diū a deo miſſuꝫ in h̄ deiicies ho
ſtes populi mei iſrahel Qua viſi
one milites iude confortati ma-
nu quidē pugnātes ſed cordibꝫ
deum ac dominū deprecantes ſe
in hoſtibꝫ fortiter iniecerunt: et
confortati dei preſencia xxx· mi-
lia hominū de hoſtibꝫ ꝓſtraue-
runt Nichanorem vero ducem
hoſtilis exercitus occiderūt· Ad

uertendum tamen eſt ꝙ dictio
nias et ieremias iam diu mor=
tui erãt· ſed in viſione machabe
o apparebant ¶ Iſta poſſunt al
legaí pro illis qui bellum domí
ni contra infideles pro fide et cõ
tra impios pro iuſticia prelian=
tur· ¶ Conſtat ꝙ pro talibus oni
as et ieremias et ſancti qui ſunt
in paradiſo dominum deprecan
tur ꝙ q̃ꝫ gladium ideſt poteſta=
tem vincendi et trucidandi ho
ſtes ipſis aſſignare noſcuntur·
Quo ſigno pro certo ita fit com
muniter ꝙ preſentia diuini ad=
iutorij confortati inimicos ſupe
rant et hoc potiſſime quãdo ma
nibus pugnant et deum cordi=
bus orant· Iſta enim duo iuſto
militi criſtiano iuſtum bellũ exe
quenti neceſſaria ſunt manualiẽ
pugnare· vt homo debitum ſu-
um faciat et deũ cordialiter ex=
orare vt ipſe reſiduum ſuppleat
Neemie· quarto· Vna manu fa
ciebant opus : et altera tenebãt
gladiũ ¶ Vel ſi vis dic de bello
ſpirituali contra diabolum carnẽ
et mundũ vbi adiuuamur per
ipſos ſanctos et gladio diui ad
iutorij ꝓmunimur et in quo vt

cõiter hoſtes vincimus dum ta
men ꝑ bona opa mañualiter pu
gnemus ⁊ qđ in nob̃ ẽ faciam⁹
et ꝙ vt deus reſiduum ſuppleat
ipſum cordialiter implorem⁹·
¶ Vel de oĩa dic ꝙad hoc ꝙſũ
mus ſacerdos ideſt prelatus di
gnus ſit a domino exaudiri · et
ſubditis fidelib⁹ opitulari ncẽ
ẽ ꝙ ſit oĩa⁹ q̃ interpretatur me
rẽs domino in ſpiritu contritus
et cõtribulatus ꝙ ſit bonus iuſ=
tu⁹ modeſtus morib⁹ ⁊ eloquio
vel in verb̃ excitatus· Ad hebre
vij· Talis decebat vt nobi⁹ eſſꝫ
pontifex ſanctus innocẽs impol
lutus ſegregatus a peccatorib⁹
⁊ excelſior celis factus Tales a
domino exaudiũt· ita ꝙ eorum
ꝑcib⁹ adiuuant· et ſpũalibus
hoſtibus dñantur Iacobi ſexto
Multum enĩ valet dep̃cacõ iuſ
ti aſſidua· Econtra ſi mali fuerint
preces eoꝝ ꝑ nichilo reputãt·
Iohannis nono · Scimus qm̃
pcc̃ores deus non exaudit: ſꝫ ſi
quis dei cultor eſt hũc exaudit·

¶ Explicit moralizado ſuper ve-
tus teſtamentum